

Sancty bora ventura dicit

2

Angeb. 3)

138

... ecclesie  
... presbiteria sacra  
... genit  
... In quo  
... exo  
... rramis

... suae  
... in rocam op  
... magister  
... ad quos  
... gravissime e  
... pmi

**D**n atri  
filios su  
ipse hui  
ante futu  
cedo vo  
verecun

... timorem  
... capresse in  
... timor  
... qm  
... evo  
... e  
... ergo ad uni  
... niam gratias n  
... r cer  
... atq exple  
... nō  
... i

**A**mbrosii ecclesie doctoris sapientissimi / mediola-  
 norum presulis sacratissimi / ad suos quos in christo  
 per euangelium genuit filios carissimos / officioru li-  
 ber primus . In quo de honesto officioq; a fontib; Hic humilis est hoc qd dicitur  
 si ad ut qd qd dicitur in qd  
 qd dicitur hoc qd dicitur qd  
 addit qd dicitur qd dicitur qd  
 Hic dicitur a uero qd dicitur qd  
 uero qd dicitur qd dicitur qd  
 Hic dicitur a magis qd dicitur  
 qd dicitur qd dicitur qd dicitur  
 quattuor honesti exortis determinans / in quattuor  
 partibus tractatus / Feliciter incipit.

**P**refationem siue tractatu primu quinque capitula  
 continente in totum opus premitte[n]s / in qua de silē-  
 tio ad officii magisteriu[m] pertinente preponit precep-  
 ta / cur / quid / ad quos / et quo ordine scribere intendit /  
 in ea ipsa grauissime explicat.

Capitulum primum Tres habet partes.

**Q**uoniam arrogans uideri arbitror / si iter  
 filios suscipiam affectu docendi . cum  
 ipse humilitatis magister dixerit . ue-  
 nite filii / audite me / timorem dñi do-  
 cebo uos . In quo / licet et humilitate  
 uerecundie eius spectare / et gratiam .

Dicendo enim timorem dñi / qui comunis uidetur esse  
 omnibus / expressit insigne documētum uerecundie .  
 Et tamē cum ipse timor / initium sapientie sit / et effec-  
 tor beatitudinis (qm̄ timentes dñm beati sunt) pre-  
 ceptore se sapientie edocente : et demonstratore beati-  
 tudinis adipiscende euidenter significauit.

**U**t nos ergo ad imitandam uerecundia[m] seculi / ad  
 conferendam gratiaz nō usurpatores / que illi spūs in-  
 fudit sapientie / et per illuz nobis manifestata / et uisu  
 comperta / atq; exēplo / uobis quasi liberis tradim; .  
 cum tam effugere nō possumus officiu[m] docendi / quod  
 nobis refugiētibus imposuit sacerdotu[m] necessitudo .



ergo sapiens. qui a dño accipit / quo tēpore sibi lo-  
quēdum sit. Unde bñ ait scriptura. Homo sapiēs ta-  
cebit vsq; in tempus. Ideo sancti dñi / qui sciebant .  
quia vox hominis plerunq; peccato adiuncta est / ⁊  
initiu erroris humani sermo ē hōis : amabāt tacere .

**D**entq; sanctus dñi ait. Dixi / custodiam vias me-  
as . vt nō delinquā in lingua mea. Sciebat enim / ⁊ le-  
gerat / diuine esse protectionis / vt homo a flagello li-  
gue sue absconderetur / ⁊ a consciētie sue testimonio .  
Verberamur enī tacito cogitatōis nostre obprobrio  
⁊ iudicio cōsciētie . verberamur etiā vocis nostre ver-  
bere / cū loquimur ea / quorū sono cedit animus noster  
⁊ mens ofautiatur . Suis autē ē qui mundū cor a pec-  
catorū habeat colluione / aut nō delinquat in lingua  
sua ! Et ideo quia neminem videbat / castum os serua-  
re posse ab immūditia sermonis / ipe sibi silentio legē  
imposuit innocētie . vt tacēdo / culpam declinaret / quā  
vix effugere posset loquēdo . Audiamus ergo cautio-  
nis magistrū . Dixi custodiam vias meas . Hoc est / mi-  
hi dixi / tacito cogitationis pcepto . iudixi mihi / vt  
custodirē vias meas . Alie sunt vie quas debemus se-  
qui . alie quas custodire . Sequi vias dñi . custodire  
nostras . ne in culpam dirigāt . Notes autē custodire /  
si nō cito loquaris . Lex dicit . Audi israhel dñm tuū  
Nō dicit loquere . s; audi . Ideo Eua lapsa ē / quia lo-  
cuta ē viro / quod nō audierat a dño deo suo . Prima  
vox dñi dei dicit tibi . Audi . Si audias / custodis vi-  
as tuas . ⁊ si lapsus es / cito corrige . In quo enī cor-  
rigit iunior viam suam . nisi in custodiendo verba do-  
mini ! Tace ergo prius / ⁊ audi . vt non delinquas in  
lingua tua . Graue malū / vt aliquis ore suo odemnet .  
Etenim si pro ocioso vbo reddet vnusquisq; rōem /

*148 Al' calhuid q' q' es ei q' dicit  
Tody s' n' q' dicit p' dicit  
et n' dicit*

*Et m' dicit dicit s' dicit p' dicit*

*et dicit dicit dicit dicit dicit*

quantomagis p verbo impuritatis & turpitudinis  
Graviora sunt eniz vba p̄cipitationis / q̄ ociosa. Er  
go si pro ocioso verbo ratio postitur / quantomagis  
pro sermone impietatis pena exsoluitur.

Capitulum tertium Tres habens partes.

**Q**uid igitur? Adutos nos esse oportet? Adinime.  
Est enim tēpus tacendi. & tempus loquēdi. De  
inde si pro verbo ocioso reddimus rationē / videamy  
ne reddamus & pro ocioso silentio. Est enim negocio  
sum silentium. ut erat Susanne. que plus egit tacen  
do / q̄ si esset locuta. Tacēdo enim apud homines / lo  
cuta ē deo. Nec ullum maius iudiciū sue castitatis i  
ueni / q̄ silentiū. Conscientia loquebat / ubi vox non  
audiebatur. nec q̄rebat pro se hoīm iudiciū / que ha  
tebat domini testimoniū. Ab illo igit̄ volebat absol  
ui / quē sciebat nullo mō posse falli. J̄p̄e dñs in euan  
gelio tacens operabatur salutem hominum.

Recte ergo David nō silentium sibi indixit perpe  
tuū / sed custodia. Custodiamus ergo cor nostrū. Cu  
stodiamus os nostrū. Verunq̄ enim scriptum ē. Hic  
ut os custodiamus. Nibi tibi dicit. Omni custodia  
serua cor tuū. Si custodiebat David / tu non custodi  
es? Si immūda labia habebat / Isaias / qui dixit / o mi  
ser ego / qm̄ cōpunctus sum / quia cū sim homo / & im  
mūda labia habeo / si p̄beta dñi immūda labia ha  
bebat / quomodo nos munda habemus.

Et cui / nisi unicuiq̄ nostrū scriptū ē / septi possessi  
onē tuam spinis / aurū & argentū tuum alliga / & ori  
tuo fac osium / & vectem / & verbis tuis iugum & sta  
teram. Possessio tua / mens tua est. Aurum tuum / cor  
tuum est. Argentum tuum / eloquium tuū est. Eloquia  
domini / eloquia casta / argentum igne examinatum.

Bona etiam possessio / mens bona . Deniq; possessio  
 preciosa / homo mūdus . Septi ergo hanc possessionē .  
 ⁊ circumvallato cogitationib; . munito spinis sollici  
 tudinū . ne in eā irrūat / ⁊ captiuā ducant irrationa  
 biles corporis passiones . ne incurserint motus graues  
 ne dirripiant vindemiā eius / transeuntes viā . Custo  
 di interiorē hominē tuum . Noli eū quasi vilem negli  
 gere ac fastidire . quia preciosa possessio est . Et meri  
 to preciosa . cuius fructus non caducus ⁊ tempora  
 lis / sed stabilis atq; eterne salutis / est . Cole ergo pos  
 sessionem tuam . ut sint tibi agri . Alliga sermonē tuū  
 ne luxuriet . ne lasciuat . ⁊ multiloquio peccata sibi  
 colligat . Sic restrictor . ⁊ ripis suis coerceat . Cito  
 lucum colligit amnis exundans . Alliga sensum tuum  
 non sit remissus ac defluus . ne dicatur de te / non est  
 maligna apponere . neq; oleum . neq; alligaturam . Ha  
 bet suas habenas mentis sobrietas . quibus regitur  
 ⁊ gubernatur . Sic ori tuo ostium . ut claudatur vbi  
 oportet . ⁊ obseretur diligentius . ne quis in iracundi  
 am exciter vocem tuam . ⁊ contumeliā rependas cō  
 tumelie . Audiisti hodie lectur; . Irascimini . ⁊ nolite pec  
 care . Ergo ⁊ si irascimur / quia affectus nature est /  
 non potestatis / malum sermonem de ore nostro non  
 proferamus . ne in culpam ruamus . Sed iugum sic  
 verbis tuis ⁊ statera . hoc est humilitas atq; mensu  
 ra . ut lingua tua menti subdita sit . Restringatur ha  
 bene vinculis . frenos habeat suos / quibus reuocari  
 possit ad mensuram . Sermones proferat libra exa  
 minatos iusticie . ut sit grauitas in sensu . in sermone  
 pondus in verbis modus .

ne Epus a spiritibus ab. fructibus  
 in viderentur . i. vult a prima

in scriptis fuerit alie pona dicit  
 dignis alioi pugnare dicit  
 pugnare at frige pugnare  
 ut dicitur in pugnare pugnare  
 in fine pugnare

ut ab habet habere . i. pugnare  
 pugnare ut ab habet pugnare

Capitulum quartum Tres habens partes .

a \*

**H**ec si custodiat aliquis / sit mitis / mansuetus /  
modestus. Custodiēdo enim os suū / ⁊ retinēdo  
linguā suā / nec prius loquēdo q̄ interroget / ⁊ expē  
dat / atq; examinet verba sua si dicendū hoc / si dicen  
dū aduersum hunc / si tempus sermonis huius / is p  
fecto exercet modestiā . ac mansuetudinē ⁊ patientiā  
vt nō ex indignatione ⁊ ira in sermonē erumpat . nō  
alicuius passionis indicium det in verbis suis . nō ar  
dorē libidinis flāmare in sermone suo indicet / ⁊ in se  
se dicitis suis stimulos iracundie . ne sermo postremo  
qui commēdare interiora debet / vitium aliquod esse  
in moribus aperiat ⁊ prodat.

Tunc enī maxime insidiat aduersarius / qm̄ videt  
in nobis passiones aliquas generari . tunc fomites  
mouet . laqueos parat . Unde nō immerito (sicut au  
distis hodie legi) p̄pheta dicit . Quia ip̄e liberauit  
me de laqueo venantium . ⁊ a v̄bo aspero . Symachus  
irritatōis verbū dixit . Alii perturbatōis . Laqueus  
aduersarii / sermo noster ē / s; etiā ip̄m nō min⁹ aduer  
sarius nobis / loquimur plerūq; quod excipiat inimi  
cus . ⁊ quasi nostro gladio nos vulneret . Quāto tole  
rabilis ē alieno gladio / q̄ nostro perire? Explorat  
ergo aduersarius nostra arma . ⁊ cōcutit sua tela . Si  
viderit moueri me / inserit aculeos suos . vt seminaria  
iurgioꝝ excitet . Si emisero v̄bū intecoz / laqueū suū  
strigit . Interdū mihi (q̄si escā) p̄ponit v̄dicte possi  
bilitatē . vt dū v̄dicare cupio . ip̄se inferā laq̄ . ⁊  
necdū mortis astringā mihi . Si quis ergo hūc aduer  
sariū sentit p̄sentē eē / tūc magis custodiā ahibere de  
bet ori suo . ne det locū aduersario . Sed nō multi hūc  
vident . Sed etiam ille cauēdus est / qui videri potest /  
quicunq; irritat / quicunq; incitat / quicunq; exasperat .

quicumq; incētina luxurie aut libidinis suggerit. Bñ  
 ergo aliquis nobis conuiciat / laceffit / ad violentiaz  
 puocat / ad iurgium vocat / tunc silentium exerceamus .  
 tunc muti fieri nō erubescamus . Peccator ē enim q̄ nos  
 puocat . qui iniuriā facit . ⁊ nos similes sui fieri vesti  
 derat . Dentq; si taceas / si dissimiles / solz dicere . Quid  
 taces ? Loquere si audes . Sed nō audes . mutus es . elī  
 quem te feci . Si ergo taceas / plus rumpit̄ . victū sese  
 putat / irrisum posthabitu / atq; illusum . Si responde  
 as / superiorē se factum arbitrat̄ / qui parem inuenit .  
 Si enim taceas / dicet̄ . Ille cōuiciatus est huic . cōtem  
 ptit iste . Si referas cōtumeliā / dicet̄ . Ambo cōuiciati  
 sunt . Uterq; cōdemnatur . nemo absolut̄ . Ergo illis  
 ē studiū . ut irriset . ut similia illi loquar . similia agā  
 Justū est aut̄ dissimulare . nihil loqui . tenere bone fru  
 ctum cōsciētie . pl̄ cōmittere bonorū iudicio / q̄ crimi  
 natis insolentie . contentū esse grauitate morū suoz .  
 hoc ē enim silere a bonis . quia bñ sibi cōsciū / falsis  
 nō debet moueri . nec estimare plus pōteris in alieno  
 esse conuicio / q̄ in suo testimonio . Ita fit / ut etiā hu  
 militatē custodiat . Si aut̄ nolit hūilior videri / talia  
 tractat / ⁊ dicit ipse secum . Hic ergo / ut me cōtemnat /  
 ⁊ in cōspectu meo loquat̄ talia aduersus me / q̄si nō  
 possim ego ei aperire os / cur nō etiā ego dicā in qui  
 bus eū mestificare possiz ? Hic ergo / ut mihi iniurias  
 faciat / quasi vir nō sim / quasi vindicare me nō pos  
 sim ? Hic ut me criminetur quasi ego non possim gra  
 uiora in eo cōponere ? Qui talia dicit nō ē mitis atq;  
 hūilis . non ē sine temptatione . Temptator eū exagi  
 tat . Ipse ei tales opiniones inserit . Plerūq; aōbi  
 bet hominem atq; apponit neq; spiritus / qui hec illi  
 dicat . Sed tu in petra fixum vestigium tene .

Proffo ad Epistolam  
 quoniam inuicem  
 ut ab eo ⁊ caru regnu  
 cum q̄t tunc

ut p̄ q̄t ⁊ p̄ q̄t

quoniam tunc ⁊ tunc  
 tunc p̄ q̄t ⁊ tunc

ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc

ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc

ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc  
 ut p̄ q̄t ⁊ tunc

Et si serus dicitur iustus tacet. Et si infirmus otu  
mellā faciat iustus tacet. Et si pauper criminet iustus  
nō rādet. Hec sunt arma iusti / vt cedēdo vicat. Sicut  
periti iaculādi cedētes solēt vīcere. ⁊ fugiētes / grauiō

Quid enī op⁹ ē mo (rib⁹ sequētē vulnerare icrib⁹  
neri / cū audim⁹ dicitur? Cur nō imitamur dicentē / ob  
mutui / ⁊ hūilitat⁹ suz / ⁊ filii a bonis? An hoc dixit tū  
mō / nō etiā fecit dauid? Immo ⁊ fecit. Nā cū ei dicit  
aret Semei filius gemini / tacebat dauid. Et (quī sept  
tus armatis) nō retorq̄bat dicitur. nō vltionē q̄rebat  
eiusq̄ / vt dicētī sibi Sarime filio / q̄ vdicare i eū vel  
let / nō permisert. Ibat ergo tāq̄ mut⁹ / ⁊ hūiliatus.  
Ibat tacēs / nec mouebat / cū vir appellaret sanguis  
q̄ erat oscius pprie māsuētudis. Nō ergo mouebat  
dicitur / cui abūdabat bonoz opoz osciētia. Itaq̄ is  
q̄ cito iuria mouet / facit se dignū videri otumelia /  
dū vult ea idign⁹ pbari. Adestior ē itaq̄ q̄ otremnit i  
iuriā / q̄ q̄ dolet. Sui enī otēnit q̄si nō sentiat ita des  
picit. Sui āt dolet / quasi senserit.

Capitulum quintum Guing⁹ habens partes.

**N**EQ̄ IMPROVIDE AD VOS FILIOS MEOS SCRIBES / BU  
ius psalmi pbemto vsus sum. Quem psalmum  
propheta Dauid sancto Iosēphum legenduz canendū  
q̄ cepit. Ego vobis suadeo tenenduz / delectatus ei⁹  
sensu profundo / ⁊ virtute sententiarum. Aduertim⁹  
enim ex his que breuiter libauimus / ⁊ silendī pacien  
tiam. ⁊ oportunitatem loquendi / ⁊ in posterioribus  
contemptum diuitiaru (que maxima virtutuz fun  
damenta sunt) hoc psalmo diceri.

Dum igitur hunc psalmū cōsidero / successit animo  
de officiis scribere. De q̄bz etiā: si quidā philosophie  
studentes scripserunt / vt Paneticus ⁊ filius eius apud

Et si serus dicitur iustus tacet. Et si infirmus otu  
mellā faciat iustus tacet. Et si pauper criminet iustus  
nō rādet. Hec sunt arma iusti / vt cedēdo vicat. Sicut  
periti iaculādi cedētes solēt vīcere. ⁊ fugiētes / grauiō

Et si serus dicitur iustus tacet. Et si infirmus otu  
mellā faciat iustus tacet. Et si pauper criminet iustus  
nō rādet. Hec sunt arma iusti / vt cedēdo vicat. Sicut  
periti iaculādi cedētes solēt vīcere. ⁊ fugiētes / grauiō

etiam. Tollis apud lat  
manere vt si ipse scribere  
sum filius ita ego quoc  
meo. Neq̄ enim min⁹ v  
genui q̄ si conugio susce  
vt est natura ad diligēdo  
ligere decemus / quos per  
nos q̄ quos in hoc cū se  
vt frequētī qui decet  
vulgantur. Itaq̄ illi n  
suis itoneat atq̄ duntax  
ta maestra. vos videro  
ad vī diligenti a dungi  
diligere quos diligetis.  
Ergo qm̄ persone conue  
licet scribere de offi  
p̄p̄ modo scōle ap rī  
regnat vniū. Pulchre  
mangū / q̄ abortaret  
vitas cōstiti nō vī lecton  
in nōcis officiū vī posse  
dōnatū in templo / lo  
vt ipse sunt vīces offi  
Legim⁹ vīce officiū vī  
p̄p̄ vīce q̄quēte officiū  
officiū s̄ p̄pter decore ser  
cū nūcipon. Vel certe vī  
Officiū āt ab honellor  
q̄p̄auerit. ⁊ de vīs dūch  
contere. vt duo concurrat  
conterit quō bonest⁹ / ⁊ q̄  
p̄tes vīuūtur bonestū.

grecos. Tullius apud latinos. nō alienū duxi a nrō munere / vt & ipse scriberē. Et sicut Tullius ad erudiē dum filiū / ita ego quoq; ad vos informandos filios meos. Neq; enim min⁹ vos diligo / quos in euāgelio genui / q̄ si coniugio suscepissem. Nō enim vehementi or est natura ad diligendū / q̄ gratia. Plus certe diligere debemus / quos perpetuo nobiscū putamus futuros / q̄ quos in hoc tm̄ seculo. Illi degeneres nascuntur frequēter / qui dedecāt patrē. vos ante elegimus vt diligamus. Itaq; illi necessitate diligunt. que nō satis idonea / atq; diuturna ē ad perpetuitatē diligē di magistra. vos iudicio. quo magnū caritati pond⁹ ad vim diligendi adiungitur. probare quos diligas & diligere quos eligeris.

Ergo qm̄ persone conueniūt / videam⁹ utrū res ipsa cōueniat scribere de officiis. Et vtrum hoc nomē / pbōz tm̄oto schole aptū sit / an etiā in scripturis reperiat diuinis. Pulchre itaq; dum legimus hodie euāgelii (q̄si adhortaret ad scribendū) sanctus spiricus obtulit nobis lectionē / qua confirmaremur etiā in nobis officiū dici posse. Nā cū zacharias sacerdos obmutuisset in templo / & loqui nō posset / factū ē ( in q̄t) vt impleti sunt dies officii ei⁹ / abut i domū suā. Legim⁹ igit officiū dici a nobis posse. Nec rō ip̄a adhorz. q̄nquidē officiū ab efficiēdo tm̄ putā⁹ / q̄si efficiū s; ppter decorē sermōis / vna imutata lrā officiū nūcupari. Vel certe / vt ea agas / q̄ nulli officiāt /

Officia at̄ / ab honesto & utili duci (psint oib⁹). estimauerūt. & de us duob⁹ / eligere quid p̄ster. Deinde incidere. vt duo concurrant honesta / & duo utilia. & querat / quid honestū / & qd̄ utilit⁹. Primū igit i tres partes diuiditur. honestū. & utile. & quid prestāti⁹.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including "Hic q̄dam" and other illegible cursive text.

Handwritten marginal note on the left side: "Hic q̄dam".

Extensive handwritten marginal notes at the bottom of the page, including "Hic q̄dam", "Hic q̄dam", and other illegible cursive text.

Deinde hec tria in quinque genera diuiserunt. in duo honesta. et duo utilia. et eligendi iudicium. Prima pertinet ad decus honestateque vite. Secunda ad vite comoda/copias/opes/facultates. De iis eligendi iudicium subesse. Hec illi. Nos autem nihil omnino (nisi quod deceat et honestum sit) futurorum magis quam presentium metimur formula. Nihilque utile nisi quod ad vite illius eterne proficit gratiam definimus. non quod ad delectationem presentis. Neque aliqua comoda/in facultatibus et copiis opum constituimus. sed incommoda hec putamus si non reiciantur. Etque oneri cum sunt/estimamus magis quam dispendio cum erogantur.

**Q**uoniam non superfluum igitur descriptionis nostre est opus. quia officium diuersa estimamus regula. atque illi est mauerunt. Illi seculi comoda/in bonis ducunt. Nos hec etiam in detrimentis. quoniam qui hic recipit bona/ut ille Diues/illuc cruciatur. et Lazarus qui mala hic pertulit/illuc consolationem inuenit. Deinde/qui illa non legit/nostra legent si uolent. qui non sermonum suppellectilem neque arte dicendi/seo simpliciter rerum exquirunt gratiam.

**S**ecundus tractatus/de Officiis dicendi loquens in Septem partitur capitula.

**C**apitulum primum ordinem ponens dicendorum Tres habens partes.

**D**ectorum autem in nostris scripturis primo constitui loco (quod grece prepon dicitur) instruimur et docemur/legentes. te decet huius deus in syon. Et apostolus ait/loquere/que decent sanam doctrinam. Et alibi/tecebat autem eum per quem omnia/et propter quem omnia/multis filiis in gloriam adductis/ducem salutis eorum per passionem confirmari.

*similes. similes. similes. similes.*

*supra dicitur in longitudo. supra dicitur in longitudo.*

*quod dicitur in longitudo. quod dicitur in longitudo. quod dicitur in longitudo. quod dicitur in longitudo.*

*Quod prior panem in. Quod prior panem in. Quod prior panem in. Quod prior panem in.*



et quasi mutus non aperiebat illis os suum. Quia et alibi habes. Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius. ne similis illis fias.

**P**rimum igitur officium est loquendi modus. Hoc sacrificium laudis deo dependit. Hoc reuerentia exhibetur/cum scripture diuine leguntur. Hoc honoratur parentes. Scio loqui plerisque cum tacere nesciant. Rarum est quemquam tacere/cum sibi non prodest loqui. Sapiens ut loquat/multa prius cogitat. quid dicat. et cui dicat. quo in loco. et quo in tempore. Est ergo et tacendi et loquendi modus. Est etiam in factis modus. Pulchrum est igitur tenere mensuram officii.

Capitulum secundum Duas habens partes.

**O**fficium autem omne/aut medium/aut perfectum est. Quod eque sanctarum scripturarum autoritate probare possumus. Habemus etenim in euangelio dixisse dominum/si vis in vitam eternam venire/serua mandata. Dicit ille. Sues Ihesus autem dixit illi. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem et matrem. Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Hec sunt media officia. quibus aliquid deest. Denique dicit illi adolescens. Omnia hec custodiui a iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest? At illi Ihesus. Si vis perfectus esse/vade et vende omnia bona tua et da pauperibus. et habebis thesaurum in celo. et veni/sequere me. Et supra habes scriptum/vbi diligendos inimicos/et orandum dicitur pro calumniantibus et persecuentibus nos/et benedicere maledicentibus/ hoc nos facere/debere si volumus perfecti esse/sicut pater noster qui in celo est. Sui super bonos et malos/solem suum iubet radios frondere. et pluuia et rore/ terras vniuersorum sine ulla discretionem

*de p[er]p[et]ua p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate*

*de p[er]p[et]ua p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]etate*

...quiescere. hoc est igitur  
...corona dicitur gratia  
...atque potest lapidibus  
...bona etiam misericordiam  
...perfectionem patris  
...animamque misericordiam  
...in uoces pariter na  
...focis terrarum ut c  
...et confortem et conform  
...longis ille uita accipit  
...sua estimat. Tuus d  
...plus ille est i coheret  
...teipsum in omni  
...cum uocas si su  
...sanctorum amicitia  
...ista gratia  
...ualia. Miraris in  
...virtutem eius qui p  
...pes claudor. Eg  
...agnorū meorū calefa  
...no habitabat peregrin  
...beat plane de ci  
...pauper eruit. Neg em  
...sui super pauperis ne  
...erumna. In die iudic  
...habebit sine debito  
...Capitulum tertium insignitum  
...Eo plerisque reuocant  
...mie/du putant boia  
...eum quom occultis  
...confessio / aut iudici  
...quando peccatores t

pinguescere . Hoc est igitur perfectum officiū / quod  
cathortona dixerunt greci / quo corriguntur omnia /  
que aliquos potuerunt lapsus habere .

Bona etiā misericordia / que ⁊ ip̄a perfectos facit  
quia imitat̄ perfectū patrē . Nihil tñ commēdat chri-  
stianā animā q̄ misericordia . Prīmū in pauperes . vt  
cōmunes iudices partus nature / que omnib⁹ ad vsuz  
generat fructus terraz / vt quod habes largiaris pau-  
peri . ⁊ consortem ⁊ conforme tuū adiuues . Tu mini-  
mū largiris . ille vicā accipit . Tu pecuniā das . ille sub-  
stantiā suā estimat . Tuus denarius sensus illius est .  
Ad hec plus ille tibi cōfert / cū sit debitor salutis . Si  
nuoū vestias / teipsum induis iusticiā . Si peregrinū  
sub tectū tuum inducas / si suscipias egentē / ille tibi  
acquiret sanctorum amicitias / ⁊ eterna tabernacula .  
Non mediocri ista gratia . Corporalia seminas . ⁊  
recipis spūalia . Adiraris iudiciū dñi de sancto Job  
Adirare virtutem eius qui poterat dicere . Vult⁹ erā  
cecorum . ⁊ pes claudorū . Ego infirmorū pater . velle-  
ribus agnorū meorū / calefacti sunt humeri eorū . Fo-  
ris nō habitabat peregrin⁹ . Vstū aut̄ meū dñi veniē-  
ti patebat . Beat⁹ plane / de cui⁹ domo / nūq̄ vacuo si-  
nu pauper exiit . Nec enī quisq̄ magis beat⁹ / q̄ q̄  
intelligit super pauperis necessitatē / ⁊ infirmi atq; in-  
opis erumnā . In die iudicii habebit salutem a dño .  
quem habebit sue debitorē misericordie .

Capitulū tertium insigne valde / Quicq; habēs partes  
Et plerūq; reuocant̄ ab Officio dispēsatrias  
mie / dñi putant hois actus nō curare dñm / aut  
nescire eum quid in occultis geramus / quid teneat no-  
stra conscientia / aut iudicium eius nequa q̄ iustum  
videri / quando peccatores diuitiis abundare vitēt /

Ita mediocris a iudicio  
si sufficiat quod dicitur  
primis fronte

et placet in nullo  
in nullo placet in fine

gaudere honoribus / sanitate / liberis. contra autem  
iustos inopes degere / in honores / sine liberis / ifirmos  
corpore / luctu frequenti.

Hec mediocris ea questio. quāquidē tres illi reges  
amici Job / propterea eū peccatorē pronūciabāt / quia  
inopem factū ex diuice / orbatū liberis ex fecundo pa  
rente / perfusum ulceribus a capite vsq; ad pedes vi  
debāt. Quibus / hanc sanctus Job pponit assertionē  
Si ergo propter peccata mea hec patior / cur impij vi  
uunt? Inueterauerūt autē. ⁊ in diuitiis semen eorū se  
cundū voluntatē. filij eorū in oculis. domus iporū  
abundāt. timor autē nūsq; flagellū autē a dño nō ē ip  
sis. Hec vidēs ifirmos corde / exagitat. ⁊ studiū auer  
tit suū. Cuius dicitur sermones / an̄ sanctus p̄misit  
Job dicēs. Mortate me. ego autē loquar. deinde ridere  
me. Nā ⁊ si arguor / q̄si homo arguor. Mortate ergo  
onus sermonū meorū. Dicitur enim sum / quod non  
p̄bo. sed ad vos redarguēdos / proferā sermones in  
quos. Aut certe / quia ita est versus. Gūid autē? Nun  
quid ab homine arguor? Hoc ē. homo me non p̄ re  
darguere / quia peccauit. Et si argui dignus sum / quia  
nō ex euidētia culpa me arguitis / sed ex iniuriis esti  
matis merita delictorū. Videns ergo infirmus / abū  
dare iniustos successibus p̄sp̄eris / se autē atteri / di  
cit dño. Discedite a me. vias tuas scire nolo. Gūid  
p̄dest. q̄ seruimus ei / aut q̄ vtilitas / q̄a occurrim⁹  
ipi? In manib⁹ eorū oīa bona. opera at̄ impiorū nō  
videt. Laudat in Platone q̄ in politica sua posuit  
eū q̄ cōtra iusticiā disputatōdi partes recepisset / postu  
lare veniā dictorū q̄ nō p̄baret. ⁊ veri inueniēdi / ac  
q̄ examināde disputatiōdis gratia / illa sibi impositā  
personam / dicere. Quod eousq; Tullius probauit /

ip̄m. v. p̄t. ⁊ h̄. h̄. h̄. h̄.  
m̄. h̄. h̄. h̄. h̄.

ip̄m. v. p̄t. ⁊ h̄. h̄. h̄. h̄.  
m̄. h̄. h̄. h̄. h̄.

ip̄m. v. p̄t. ⁊ h̄. h̄. h̄. h̄.  
m̄. h̄. h̄. h̄. h̄.

ip̄m. v. p̄t. ⁊ h̄. h̄. h̄. h̄.  
m̄. h̄. h̄. h̄. h̄.

ip̄m. v. p̄t. ⁊ h̄. h̄. h̄. h̄.  
m̄. h̄. h̄. h̄. h̄.

ut ipse in libris quos scripsit de Rep. eam sententiã  
dicendam putauerit. Quãto antiquior illi's Job/ qui  
hec primus repperit? Hec eloquẽtie falerãde gratia/  
sed veritatis pban de premittenda estimauit. Stati  
q; ipse questionẽ eiusdem reddidit. subiiciens/ q; exti  
guatur lucerna impiorũ. 7 futura sit eorum euersio.  
Nõ falli deũ doctorẽ sapiẽtie 7 discipline. sed esse ve  
ritatis iudicem. Et ideo/ nõ secundũ forensem abun  
dantiã/ estimandã beatitudinem singulorũ/ sed secun  
dũ interiorẽ conscienciã. que innocentiã 7 flagitioso  
rũ merita discernit/ vera atq; incorrupta penarũ pre  
miorũq; arbitra. Morit' innocẽs in potestate simpli  
citatũ sue. in abundantia pprie volũtatũ/ sicut ad  
ipe repletam animã gerens. At vero peccator/ quĩs  
abundet foris/ 7 deliciis diffuat/ odoribus fragret/  
in amaritudine anime sue vitam exagit. 7 vltimũ die  
claudit/ nihil secum eorũ/ que epulatus fuerit referẽs  
boni nihil secũ afferens. nisi precia scelez suorũ. Hec  
cogitans/ nega si potes/ diuini esse iudici remunera  
tionẽ. Ille suo affectu beatus. hic miser. Ille suo in  
dicio absolutus. hic reus. Ille in exitu letus. hic me  
rens. Cui absoluti p̄t/ qui nec sibi innocens est. Dicite  
(inquit) mihi ubi ẽ p̄ctio tabernaculorũ eiũ? Sig  
nũ eiũ nõ inueniet'. Vita etenĩ facinorosi/ vt somniũ  
sp̄rnat oculos. transiit requies eius. eu a nũit delec  
tatio. licet iõa que videt' (dum viuũt) impiorum re  
quies/ in inferno est. Viuentes enim/ in infernũ descẽ  
dunt. Vides conuiuũ peccatoris. interroga eius cõ  
scienciã. Nonne grauius/ omnibus fetet sepulcris.  
Inueneris leticiã eius. 7 salubertatez miraris corpo  
ris. filiorum atq; opum abundantia. Inrospice vlcẽ  
ra. 7 vibices anime eius. 7 cordis mestitudinem.

b

It' falerãde gratia  
sed veritatis pban  
de premittenda  
estimauit. Stati  
q; ipse questionẽ  
eiusdem reddidit.  
subiiciens/ q; exti  
guatur lucerna  
impiorũ. 7 futura  
sit eorum euersio.  
Nõ falli deũ  
doctorẽ sapiẽtie  
7 discipline. sed  
esse veritatis  
iudicem. Et ideo/  
nõ secundũ  
forensem abun  
dantiã/ estimandã  
beatitudinem  
singulorũ/ sed  
secundũ interiorẽ  
conscienciã. que  
innocentiã 7  
flagitiosorũ  
merita discernit/  
vera atq; incorrupta  
penarũ pre  
miorũq; arbitra.

In nouo fit in mltis dicit  
It' falerãde gratia  
sed veritatis pban  
de premittenda  
estimauit.

It' p̄ctio tabernaculorũ  
eiũ? Signũ eiũ nõ  
inueniet'. Vita  
etenĩ facinorosi/  
vt somniũ  
sp̄rnat oculos.  
transiit requies  
eius. eu a nũit  
delectatio. licet  
iõa que videt'  
(dum viuũt)  
impiorum re  
quies/ in inferno  
est. Viuentes  
enim/ in infernũ  
descẽdunt. Vides  
conuiuũ peccatoris.  
interroga eius  
cõscienciã. Nonne  
grauius/ omnibus  
fetet sepulcris.

Inrospice vlcẽ  
ra. 7 vibices  
anime eius. 7  
cordis mestitudinem.

Nam de opibus quid loquar / cū legeris quia in abū  
dantia est vita eius / cum scias q̄a ⁊ si tibi videatur  
dives / sibi pauper est / ⁊ tuum iudicium suo refellat.  
De multitudine quoq; filiorū / ⁊ de indolentia quod  
loquar / cū se ipse lugeat / ⁊ sine herede futurū iudicet /  
cum imitatores sui / successores suos esse nolit? Nulla  
enim hereditas peccatoris. Ergo impius / ipse sibi pe  
na est. Justus autē / ipse sibi gloria. Et utriq; aut bo  
norū / aut malorū operū merces / ex seipso soluitur.

Sed revertamur ad propositū. ne diuisionē factaz  
p̄terisse videamus. quia occurrimus opinioni eorum /  
qui vidētes sceleratos quosq; diuites / letos / honora  
tos / potentes / cum pleriq; iustorū egeāt atq; infirmi  
sunt / putant / vel nihil de nobis deum curare ut Epi  
curei dicunt / vel nescire accus hominum ut flagitio  
si putant / vel si scit omnia / iniquū esse iudicē / ut bo  
nos egere patiatur / abundare improbos. Nec super  
fluus velut quidam excursus fuit. ut opinioni huius  
modi iporū affectus responderet quos beatos iudi  
cant / cum ipi se miseros putēt. Arbitratus enim sum  
q̄ ipi sibi facilius / q̄ nobis crederēt. Quo deorsū /  
p̄cliuē estimo / ut refellā cetera. Et primo eorum as  
sertionē / qui deū putant curā mundi nequaq; habere  
sicut Aristoteles asserit / vsq; ad lunā / eius tescētere  
providētiam. Et quis operator negligat operis sui  
curaz? Quis deserat ⁊ desituiat / quod ipse contēdum  
putauit? Si iniuria est regere / nonne est maior iniu  
ria fecisse / cum aliquid non fecisse nulla iniustitia sit  
nō curare quod feceris. Summa inclemētia? Euid si  
deū creatorē suū abnegāt / aut feraz ⁊ bestiaz se habe  
re numero cēsēt / quid de illis dicamus / qui hac se cō  
demnant iniuria? Per omnia ire deum ipi asserunt /

in folio 110 ⁊ folio 111

et omnia in virtute eius consistere / vim et maiestatem  
 eius per omnia elementa penetrare / terras / celum / mare / et  
 putant iniuriam eius / si mentem hominis qua nihil nobis  
 ipse instantius dedit / penetret / et diuine maiestatis in-  
 grediat scientiam. Sed horum magistrum / velut ebrium / et  
 voluptatis patronum / ipsi qui putant sobrium irridere  
 philosophi. Nam de Aristotelis opinione quid loquar  
 qui putat deum suis contentum esse finibus / et prescripto  
 modo regni regere / ut poetarum loquuntur fabule / qui  
 mundum ferunt inter tres esse diuisum / ut alii celum / alii  
 mare / alii inferna coercenda imperio sorte obuenerunt.  
 eosque cauere / ne usurpata alienarum partium sollicitudi-  
 ne / inter se bellum excitent? Si similiter ergo asserit / quod ter-  
 rarum curam non habeat / sicut maris vel inferni non ha-  
 bet. et quomodo ipsi excludunt / quos sequuntur poetas?

Sequitur illa responsio / utrum deum / si operis sui cu-  
 ram non preterierit / pretereat scientiam. Ergo qui planta  
 uic aurem non audit? qui finxit oculum non videt / non con-  
 siderat. Non preterit hec una opinio sanctos prophe-  
 tas. Dentque David inducit eos loquentes / quos super-  
 bia inflatos asserit. Quid enim tam superbum quam cum ipsi  
 sub peccato sint / alios indigne ferant peccatores vi-  
 uere / dicentes / usquequo peccatores domine / usquequo pecca-  
 tores gloriabuntur? Et infra. Et dixerunt / non videbit  
 dominus. neque intelligit deus Jacob. Sicut respondit propheta  
 dicens. Intelligite nunc insipientes in populo. et stulti  
 aliquando sapite. Sui plantauit aurem non audiet? Aut  
 qui finxit oculum non considerat? Sui corripit greges non  
 arguet / quod docet hominem scientiam? Dominus sit cogitationes  
 hominum / quoniam vane sunt. Sui ea quecumque vana  
 sunt deprehendit / ea que facta sunt / nescit / et ignorat  
 quod ipse fecit? Potest opus suum ignorare artifex?

Homo est / et in opere suo latencia deprehendit / et deus  
 opus suum nescit. Altius ergo profundum in opere / quam in  
 autore. Et fecit aliquid quod supra se esset / cuius me-  
 ritum ignoraret autor. cuius affectum nesciret arbiter.  
 Nec illis. Ceterum nobis satis est ipsius testimonium / qui  
 ait. Ego sum scrutans corda et renes. Et in euangelio  
 quod dicit ait dominus Iesus. Quid cogitatis mala in cordibus ve-  
 stris? Sciebat enim quod cogitaret mala. Denique euangeli-  
 sta testatur / dicens. Sciebat enim Iesus cogitationes eorum.  
 Quorum non poterit satis mouere opinio / nisi facta eorum  
 consideremus. Nolunt supra se esse iudicem / quem nil fal-  
 lat. Nolunt ei dare occultorum scientiam / qui metuunt oc-  
 culta sua prodi. Sed etiam dominus sciens opera eorum / tra-  
 didit eos in tenebras. In nocte (inquit) fur erit. Et  
 oculus adulteri seruabit tenebras. dicens / non conside-  
 rabit oculus. et latibulum persone opposuit sue. Omnis  
 enim qui lucem fugit / diligit tenebras. studens latere / cum  
 deum latere non possit. qui intra profundum abyssi / et in-  
 tra hominum mentes / non solum tractata / sed etiam vol-  
 uenda cognoscit. Denique et ille qui dicit in ecclesiastico  
 quis me videt? et tenebre operunt me / et parietes. Quae  
 vereor? Quis in lectulo suo positus hec cogitet / vbi  
 non putauerit / comprehenditur. Et erit (inquit) tedecus  
 quod non intellexerit timorem dei. Quid autem tam stolidum /  
 quam putare / quod deum quicquam pretereat / cum sol qui mini-  
 ster luminis est / etiam abdita penetret / et in fundamenta  
 domus vel secreta coelania / vis caloris eius irrum-  
 pat. Suis neget nerua temperie / tepesieri iteriora terra-  
 rum / quam glacies hyberna ostruxerit. Morunt ergo arborum  
 occulta / vis caloris vel frigoris / ateo ut radices arborum  
 aut vrent frigore / aut fomu solis virescant. Denique vbi  
 elementa celi arriserit / varios terra se fudit in fructus

et qd dicitur ad e qd e ab  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur

et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur

et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur  
 et dicitur qd dicitur qd dicitur

Si igitur radius solis fundit lumen suū super omnē  
 terrā/ & in ea que clausa sunt inserit/ nec vecibus fer  
 reis/ aut grauium valuarū obicibus quo min⁹ pene  
 tret/ impeditur/ quō non potest intelligibilis dei splē  
 dor/ in cogitationes hominū & corda/ semet que ipse  
 creauit inserere/ sed ea que ipse fecit nō videt/ & fecit /  
 vt meliora sint que facta sunt & potētiora/ q̄ ipse est  
 qui ea fecit/ vt possint quando volunt cognitionē sui  
 operatoris latere? Tantā ergo virtutē & potestātē in  
 seruit mentibus nostris/ vt eam comprehendere cum  
 velit/ ipse non possit?

Quo absolutimus. & vt arbitramur/ nō incongrue  
 nobis huiusmodi cecidit disputatio. terciū genus q̄  
 stionis risidet huiusmodi. Cur peccatores abundant  
 operib⁹ & diuitiis/ epulentē iugiter/ sine merore/ sine  
 luctu/ iusti autē egeāt/ & afficiantur aut coniugū amissi  
 one/ aut liberorū? Quibus satisfacere debuit illa euā  
 gelii parabola/ q̄ Dives purpura & bisso induebat.  
 & epulas copiosas exhibebat quotidie. Pauper autē  
 plenus vlcerū/ de mēsa eius colligebat reliquias. q̄  
 obitū vero vtriusq̄/ pauper erat in sinu Abrahe req̄  
 em habens. diues autē in suppliciis. Nonne euidentē  
 meritoriū aut p̄mia supplicia post mortē manere? Et  
 recte/ quia in certamine labor ē/ post certamē alius vi  
 ctoria/ alius ignominia. Nunquid priusq̄ cursus cō  
 fidat/ palma cui q̄ dat/ aut defertur corona merito?  
 Paul⁹ certamē (iq̄t) bonū certauit. cursū cōsumauit. fi  
 dē seruauit. Sed reliquū ē/ reposita ē mihi corona iusti  
 tie. quā reddet mihi dñs i illa die iust⁹ iudex. Nō so  
 lū ac mihi/ s; etiā his q̄ diligūt aduentū eius. In illa  
 (inquit) die reddet. non hic. hic autē in laborib⁹/ in  
 periculis/ naufragis/ quasi athleta bon⁹ decertabat.



Iſti igitur qui in deliciis / qui in luxuria / rapinis / q̄  
 ſtibus / honoribus ſtudia poſuerunt ſua / ſpectatores  
 magis ſunt / q̄ p̄liatores. Habent lucrū laboris / fruc  
 tum virtutis nō habēt. Fouent oculū aſtucia ⁊ impro  
 bitate aggerāt diuitiarū acervos. ſed exſoluēt (ſeram  
 licet) neq̄tie ſue penā. Horū reges ī inferno. tua vō ī ce  
 lo. Horū dom⁹ ī ſepulchro tua ī paradifo. Vñ pulcre  
 vigilare eos in tumulto / Job dixit / quia ſopore quie  
 tis habere non p̄nt / quem ille dormiuit / qui ſurrexit.  
 Noli igitur vt paruulus ſapere. vt paruulus loqui.  
 vt paruulus cogitare. vt paruulus v̄dicare ea que  
 ſunt poſterioris etatis. Imperfectorū ē corona. Expec  
 ta / vt veniat quod perfectū ē. q̄n non per ſpecie ⁊ in  
 enigmatē / ſed facie ad facie / formam ipſam redoperte  
 veritatis poſſis cognoscere. Tūc / q̄ cā ille diues fuerit  
 q̄ erat improbus ⁊ raptor alieni / q̄ cā potēs illi⁹ q̄ cā  
 ille abundauerit liberis / ille fultus honoribus reuela  
 bit. Fortaſſe / vt dicat raptori / diues eras / qua cau  
 ſa aliena rapiebas? Egeſtas nō compulſit. inopia nō  
 coegit. Nonne ideo te diuitē feci / vt excuſationē habe  
 re nō poſſis? Dicat etiā potētī / cur nō affuiſti vidue  
 orphanis quoq; iniuriā patietibus? Nūquid tu infir  
 mus eras? Nūquid nō poteras ſubuenire? Ideo te fe  
 ci potentē / vt nō inferres violentiā / ſ; repelleres. Nō  
 tibi ſcriptum eſt / eripe iniuriam accipientem? Non tū  
 bi ſcriptum eſt / eripite pauperem. ⁊ egenum de manu  
 peccatoris liberare? Dicatur etiā abundantī liberis  
 honoribus te cumulauī / ſalubritatem corporis cō  
 ceſſi tibi. Cur non ſecutus es precepta mea? Famu  
 le meus quid feci tibi? Aut quid contriſtaui te?  
 Nonne ego tibi liberos dedi: honores contuli / ſalu  
 tem donauī? Cur me negabas? Cur eſtimabas? q̄ ad

scientiam meam / que gereres non peruenirēt ? Cur te  
nebas dona mea? despiciebas mandata mea ? Deniq;  
de Iuda proditore hec colligere licet / qui ⁊ apostol⁹  
inter duodecim electus est. ⁊ loculos pecuniarū / quas  
pauperibus erogaret / commissos habebat. ne videret  
aut quasi inhonorus / aut quasi egenus / dñm prodi-  
disse. Et ideo vt iustificaretur in eo dñs / hec ei contu-  
lit. vt nō quasi iniuria exasperatus / sed quasi preua-  
ricatus gratiam / maiori esset offense obnoxius.

Capitulum quartum Sex partes continens.

**Q**uoniam igitur ⁊ penam improbitati / ⁊ virtu-  
ti fore premium satis claruit / de Officijs aggre-  
diamur dicere / q̄ nobis ab adoleſcētia spectāda sunt  
vt cum etate acrescant simul studia honorum actū.  
Est igitur honorum adoleſcentium timorē dei habere  
deferre parentibus honorem. obedire senioribus. ca-  
ſtatem tueri. non aspernari humilitatē / diligere de-  
mentiam ac verecundiam. que ornamento sunt mino-  
ri etati. Vt enim in Senibus grauitas / in iuuenibus  
alacritas / ita in adoleſcentibus verecundia / velut q̄  
tam dote commendatur nature. Erat Isaac teum ti-  
mens / vtpote abrahe intoles. deferens patri honorē  
vsq; / vt aduersus paternam voluntatē / nec mortē  
recusaret. Ioseph quoq; / cum somniasset qd sol ⁊ luna  
⁊ stelle adorent eum / sedulo tamen obsequio deferēba-  
tur patri. Castus ita / vt ne sermonem quidem veller  
audire / nisi pudicum. Humilis / vsq; ad seruitutem.  
verecundus / vsq; ad fugam. patiens / vsq; ad carce-  
rem. remissor iniurie / vsq; ad remunerationem. cuius  
verecundia tanta fuit / vt comprehensus a muliere /  
vestem in manibus eius fugiens mallet relinquere / q̄  
verecundiam deponere. Moyses quoq; ⁊ hieremias

quod qui dicitur in 11 p̄t̄ 17  
et dicitur hinc vij

hinc vij + hinc vij + hinc vij

hinc vij + hinc vij + hinc vij  
hinc vij + hinc vij + hinc vij

hinc vij + hinc vij + hinc vij  
hinc vij + hinc vij + hinc vij

dicere a domino / vt ora  
quod poterat per gram  
habere igitur virtute  
na que non solum in ra  
tur femineus. ne mo  
ne quid inuicem sermo  
menas / plerumq; in ver  
num / libet modesta. n  
fartior. Deniq; in ip  
plina verecundia et in  
vt vt sentim quis aut  
no loqui incipiat. vt v  
tunc procedunt.

electi a domino / vt oracula dei predicarent populo  
quon poterant per gram / excusabant per verecundia .

Putchra igitur virtus verecundie . ⁊ suavis gra  
tia . que non solum in factis / sed etiam in ipis specta  
tur sermonibus . ne modum progrediatis loquendi  
ne quid in decoru sermo resonet tuus . Speculu enim  
mentis / plerunq in verbis refulget . Ipsum vocis so  
num / libret modestia . ne cuiusq offendat aurem vox  
fortior . Deniq in ipso canendi genere / prima disci  
plina verecundia est immo etiam in omni vflu loque  
di . vt sensim quis aut psallere aut canere / aut postre  
mo loqui incipiat . vt verecundia principia / commen  
dent processum .

Silentium quoq ipsum (in quo est reliquaru vir  
tutum oculu) maximus actus verecundie est . Deniq si  
aut infantie putatur / aut superbie probro dat / si ve  
recundie laudi ducit . Tacebat in periculis Susanna  
⁊ grauius verecundie / q̄ vite damnū putabat . Nec ar  
bitratur / periculo pudoris / tuenda salutē . Deo soli  
loquebat . cui poterat casta verecundia eloqui . Refu  
gebūt ora incueri viroru . Est enim ⁊ in oculis vere  
cundia . vt nec videre viros femina / nec videri velit .  
Nec vero quisq̄ / solius hanc laudē castitatis putet .  
Est enim verecundia / pudicitie comes . cuius societate  
castitas ipa tutior ē . Bonus enim regēde castitatis  
pudor ē comes . qui se pretēdat ad ea q̄ prima pericu  
la sunt / pudicitia temerari nō sinat . Hic prim⁹ i ipo  
cognitōis ingressu / dñi matrē commēdat legētib⁹ . ⁊  
tanq̄ testis locuples / digna . que ad tale munus elige  
retur / astruit . q̄ i cubiculo . q̄ sola . q̄ salutata ab an  
gelo tacet / ⁊ mota est in introitu eius . q̄ ad virilis  
sexus speciem peregrinam turbatur aspectus virginis

omnis gram in q̄  
a ornat

Proprietatē dicitur  
p̄m̄ alia p̄m̄

est p̄m̄ dicitur  
a p̄m̄ dicitur  
p̄m̄ dicitur

est vnde dicitur p̄m̄

est p̄m̄ dicitur  
est p̄m̄ dicitur

est p̄m̄ dicitur  
est p̄m̄ dicitur  
est p̄m̄ dicitur



Hoc solū excepī. Nec fefellit sentētia. Utreq; enī ab  
 ecclesia recessit. ut qualis incessus prodebat / talis per  
 fida animi demonstraret. Nāq; alter arriane infe  
 stationis tēpore / fidem deseruit. Alter pecunie studio  
 ne iudiciū subiret / sacerdotē se nostrū negavit. Luce  
 bat in illorū incessū / imago leuitatis. species quedaz  
 scurrarū percursantiū. Sunt etiā qui sensim ābulan  
 do / imitant hystronicos gestus. ⁊ quasi quedaz fer  
 cula pomparū. ⁊ statuaz motus nutantiū. ut quoti  
 ensunq; gradū transferunt / modulos quosdā serua  
 re videant. Nec cursim ābulare honestū arbitror / ni  
 si cū causa exigit alicui⁹ periculi / vel iusta necessitas  
 Nam plerunq; festinātes / anhelos videmus torquere  
 ora. quib; si causa desit festinationis necessarie / ne  
 uis iuste offensionis ē. Sed non de his dico / quib;  
 rara pperatio ex causa nascit / sed quib; iugis ⁊ cō  
 tinua in naturā vertit. Nec in illis ergo tanq; simu  
 lacrorū effigies probo. nec in istis tanq; excussorum  
 ruinas. Est etiā gress; pbabilis / iquo sit spēs autori  
 tatis. grauitatisq; pondus tranquillitatis vestigiū.  
 Ita tamē si studiū desit atq; affectio. s; mot; sit pu  
 rus / ac simplex. Nihil enī fucatū plac; motū natura  
 informet. Si quid sane in natura vitii ē / in industria  
 emendet. ut ars desit. non desit correctio.

Quod si etiā ista spectant altius / quātomagis ca  
 uendū ē ne quid turpe ore exeat. Hoc enim graniter  
 coinquinat hominē. Nō enim cibus inquinat. sed in  
 iusta obtreccatio / s; verboz obscenitas. Nec etiā vul  
 go pudori sunt. In nostro vō officio / nullum verbū  
 quod inhoneste cadat / non incutit verecundiam. Et  
 non solū nihil ipi indecorum loqui / sed ne aurem qui  
 dem debemus huiusmodi prebere dictis. sicut Joseph

cento 18 di. q. 1. q. 1. p. 1. p. 1.  
 m. 1. q. 1. p. 1. p. 1. p. 1.  
 p. 1. q. 1. p. 1. p. 1. p. 1.

f. 1. q. 1. p. 1. p. 1. p. 1.  
 f. 1. q. 1. p. 1. p. 1. p. 1.

ne incōgrua sue audiret verecundie/ veste fugit relic-  
ta. Quoniā quē delectat audire / alterū loqui <sup>si loquitur</sup> prouo-  
cat. Intelligere quoq; quod turpe sit/ pudori maximū  
ē. <sup>non loquitur</sup> Spectare vero si quid huiusmodi fortuitū accidat/  
quāti horroris ē? Quod ergo in aliis displicet/ nūq̄o  
potest in seipso placere? Nec ipsa natura nos docet.  
que perfecte quidē ōnes partes nostri corporis expli-  
cauit/ vt ⁊ necessitati cōsuleret/ ⁊ gratiā venustaret.  
Sed tamē eas/ que decori aspectu foret/ in quib; for-  
me apex quasi in arce quadā locatus/ ⁊ figure suauis-  
tas/ ⁊ vultus species emineret operandi; vsus esse  
paratior/ obuias atq; apertas reliquit. Eas vero in  
quibus esset naturale obsequiū necessitatis/ ne defor-  
me sui p̄berent spectaculū/ partim tanq̄ in ipso emen-  
dauit atq; abscondit corpore/ partim docuit ⁊ suasite-  
rendas. Nonne igit ipsa natura ē magistra verecū-  
die/ cuius exemplo/ modestia hōim (quā a mō sciētie  
quid decet; appellatā arbitror) id quod in hac nostri  
corporis fabrica abditū reperit/ operuit ⁊ texiit.  
vt ostium illud/ quod ex trāsuerso faciendū in archa  
illa Noe iusto dictam ē. in qua vel ecclesie vel nostri  
figura ē corporis. per quod ostium/ egerunt reliquie  
ciborū. Ergo nature opifex: sic nostre studeat verecū-  
die/ sic decorū illud ⁊ honestum in nostro custodiuit  
corpore/ vt velut ducet; quosdā aq; exit; <sup>quod ostium</sup> cuniculorū  
nrōz p̄ tergū <sup>non ostium</sup> relegar; atq; ab aspectu nrō auerter;  
ne purgatio vētris/ vsū oculorū offēderet. De quo  
pulchre ap̄ls ait. Que vident; (inquit) mēbra corpo-  
ris ifirmiora/ necessariora sunt. Et q̄ putam; ignobi-  
liora eē mēbra corporis/ his abūdantiore honorē cir-  
cūdamus. ⁊ q̄ inhonesta sunt nrā/ honestatē abūdan-  
tiorē hnt. Etenī imitatōe nature/ idustria auxit grāz

si ap. p. n. est p̄mittat; i. p̄mittat;  
mota. Est hōi n. ⁊ math. o.  
p̄mittat; p̄mittat; a hōi p̄mittat;  
p̄mittat; Est ingratū ⁊ p̄mittat;  
at

Quo alio loco enā alii  
sibi abscondimus ab oc-  
tēta accepimus: cor-  
appellatōibus nūcup-  
q; si calū apent; te pe-  
si studio impudētia est  
offensam remittit quā n-  
aite operent; parit; acc-  
Est quo mos vetus / ⁊  
uitatus fuit / vt filii  
neri nō s; agerēt ne par-  
eret. hūc plerq; se ⁊ in  
vel illic vbi inuēit totū  
peris sit. Sacerdotes qui  
no legimus; horcas accip-  
am ē a vno. Est facies ill-  
impudētia pudoris. a lum-  
Est habēt; eas. Haron ⁊ f-  
tabernaculū testimonū ⁊  
gram sancti. ⁊ nō inuēit  
tū. Quod nonnulli nostr-  
plerq; spirituali inter-  
modie ⁊ custodiam casti-

Capitulum quantum  
Electant me vici-  
recundie. qua ad  
us ex vobis recognosc-  
huc cum sit omnibus et  
vobis apta tamē atole-  
me decet. In omni autē  
p̄mittat; ⁊ cōmuniat; ⁊ q-

Quod alio loco etiã alius interpretati sumus. ut non  
 solũ abscondamus ab oculis/ verũ etiam que abscon  
 dẽda accepimus/ eorũ iudicia vsusq; mẽbrorum suis  
 appellationibus nuncupare/ indecorũ putemus. Deni  
 q; si casu aperiantur be partes/ confundit̃ verecũdia.  
 si studio/ impudẽtia estimat̃. Vnde ⁊ filius Hœ Chã/  
 offensam retulit. quia nudatũ vidẽs patrẽ/ risit. Cui  
 aut̃ operuerũt patrẽ/ acceperũt bñdictionis gratiam.  
 Ex quo mos vetus / ⁊ in vrbe roma/ ⁊ in plerisq; ci  
 uitatibus fuit/ vt filii cu; parẽtib; <sup>puberes</sup> puberes/ vel ge  
 neri/ nõ lauarẽt. ne paterne reuerẽcie autoritas minu  
 eret. lic; pleriq; se ⁊ in lauacro quantum pũt tegãt. ne  
 vel illic ubi nudũ totũ corpus ẽ/ huiusmodi incepta  
 portio sit. Sacerdotes quoq; veteri more (sicut in exo  
 do legimus) bracas accipiebãt. sicut ad moysen dic  
 tum ẽ a dño. Et facies illis bracas lineas. vt tegat̃  
 turpitudõ pudoris. a lumbis vsq; ad femora erunt.  
 Et habebit eas Aaron ⁊ filii eius/ cum intrabunt in  
 tabernaculũ testimonii ⁊ cum accedẽt sacrificare ad  
 aram sancti. ⁊ nõ inducẽt super se peccatũ/ ne moriã  
 tur. Quod nonnulli nostrorũ/ seruare adhuc ferũtur  
 Pleriq; spirituali interpretatione/ ad cautionẽ vere  
 cundie/ ⁊ custodiam castitatis dictum arbitrantur .

*pudor q; ⁊ est puritas  
 et potest ut a puritate  
 sed ab omni puritate  
 ⁊ hęc in omni filii*

*finis pũt pũt ad tẽpũ  
 ⁊ pũt ad tẽpũ*

Capitulum quintum Vnam continẽs partem.

**D**ilectauit me diutius/ in partibus demorari ve  
 recundie. quia ad vos loquebar/ qui aut bona  
 eius ex vobis recognoscitis/ aut damna ignoratis.  
 Sue cum sit omnibus etatibus/ personis/ temporib; ⁊  
 locis apta/ tamẽ adolescẽtes iuuenilesq; annos ma  
 le cepistis ab anno p̄terito. Perfectorū vtrunqꝫ est.  
 non pars. Itaqꝫ docet / ⁊ liberalitatē sine beniuolētia  
 ⁊ beniuolētiā sine liberalitate nō eē perfectā. vnde  
 ad perfectum hortatur / dicens. Nūc ergo ⁊ facere cō  
 summate. vt quēadmodum prompta ē in vobis vo  
 lūtas faciēdi / ita sit ⁊ perficiēdi / ex eo quod habetis.

Si enim voluntas prompta est/ secundū id quod ha-  
bet accepta est. non secundū id quod nō habet. Non  
enim vt aliis refectio sit. nobis autē angustia. sed ex  
equalitate/ in hoc tēpore. vt vestra abundātia sit ad  
illorū inopiā/ vt illorū abundātia sit ad vestrā ino-  
piā vt fiat equalitas. sicut scriptum ē. Sui multum/  
nō abundauit. ⁊ qui modicū/ nō minorauit. Aduertit  
m⁹ quēadmodū/ ⁊ beniuolētiā/ ⁊ liberalitatē/ ⁊ mo-  
dū cōp̄hendit/ ⁊ fructum atq; personas. Ideo mo-  
dū/ quia imperfectis dabat consiliū. Nō enim patiū-  
tur angustias/ nisi imperfecti. Sed ⁊ si quis ecclesiam  
nolēs grauare in sacerdotio aliquo cōstitutus / aut  
ministerio/ nō totū quod habet cōferat/ s; operet̄ euz  
bonestate quantū officio satis ē/ non tū mihi vt im-  
perfectus videt̄. Et puto q̄ hic angustiam / non ani-  
mi/ s; rei familiaris dixerit. De personis autē puto di-  
ctum/ vt vestra abundātia sit ad illorū inopiā. ⁊ illo-  
rū abundātia ad vestrā inopiā. Testis vt populi abū-  
dantia/ sit bone operatōis/ ad illorū subleuandā alean-  
di inopiā. ⁊ illorū abundantia spiritualis/ adiuuet in  
plebe inopiā meriti spiritualis ⁊ conferat ei gratiam.  
Vñ exēplum optimū posuit. Sui multū/ nō abunda-  
uit. ⁊ qui modicū/ nō minuit. Bene hortatur ad offi-  
cium misericordie omnes homines istud exēpluz. qm̄  
qui plurimū auri possidet/ non abundat. quia nihil  
est quicquid in hoc seculo est. Et qui exigū habet/  
nō minuit. quia/ nihil ē quod amittit. Res sine dispe-  
ditio ē/ q̄ tota dispendiū ē. Est etiā sic intellect⁹ bon⁹  
Sui plurimū habet/ ⁊ si nō tonat/ nō abūdat. Quia  
quantūuis acquirat/ ecet semper qui plus cōcupiscit  
Et qui exigū habet nō minuit. quia nō multum est/  
quod pauperem pascit. Similiter ergo ⁊ ille pauper/

quod conferre spiritualia  
habet nō abūdat. ⁊  
Si etiā sic p̄ intelligit  
cum quos accepisti  
neuo maior est inter  
eo/ qui minor ē in re  
ore dei grātia corp⁹  
eius potest aut mag  
hēdere/ qui nō videt  
pis/ montes trā ferre  
granū sin ap̄is. Si al  
ne mens eius tanto m  
ū sunt/ qui ab alie  
rari/ si nullā habuit  
bet non minuit. quia  
quos parū videt habe  
Confiterenda etiā in l  
Hōm̄ ⁊ etiā verecū  
feribus plus largiari  
viciā p̄cerere. Simili  
luando p̄romo eius. ⁊  
in egestate. ⁊ maxime  
nitiā/ aut p̄seruante  
amisse. Sed forte dic  
tee/ ⁊ p̄teritur. ⁊ u  
pie. Et verum est/ q̄  
tatem. Non est illud  
ū in euangelijs/ de eo  
Si quis ostium eius p  
⁊ uat illi/ propter imp

Capitulum sextum

qui confert spiritualia pro pecuniariis / et si plurimum  
 habet gratiam non abundat. Non ei onerat gratia. sed alleuat mentem  
 Sed etiam sic potest intelligi. Non abundas o homo. Quantum est  
 enim quod accepisti / et si tibi multum est. Iohannes quo  
 nemo maior est inter natos mulierum: inferior tamen erat  
 eo / qui minor est in regno celorum. Hoc est et sic. Non abun-  
 dat dei gratia corporaliter / quia spiritualis est. Quis  
 eius potest / aut magnitudinem / aut latitudinem compre-  
 hendere / quam non videt. Fides si fuerit sicut granum sinapi  
 pis / montes terram ferre potest. et non tibi dicatur ultra  
 granum sinapis. Si abundet in te gratia / non est ferendum /  
 ne mens tua tanto munere incipiat extolli. quia mul-  
 ti sunt / qui ab altitudine cordis sui gravius corruerunt  
 quam si nullam habuisset domini gratiam. Et qui parum ha-  
 bet / non minuit. quia non est corporeum ut dimittat. Et  
 quod parum videtur habenti / plurimum est / cui nihil deest  
 Consideranda etiam in largiendo etas. atque debilitas.  
 Nonnunquam etiam verecundia. que ingenuos prodicit. ut  
 senibus plus largiaris / qui sibi labore iam non queant  
 victum querere. Similiter et debilitas corporis. et hec  
 iuuanda promptius. Tum si quis ex diuitiis ceciderit  
 in egestatem. et maxime si non vitio suo / sed aut latroci-  
 niis / aut persequutione / aut calumniis / que habebat /  
 amisit. Sed forte dicat aliquis. Cecus vno loco se-  
 det / et preteritur. et iuuenis validus frequenter acci-  
 pit. Et verum est / quia obripit propter importun-  
 tatem. Non est illud iudicii. sed teorii. Naz et dominus  
 ait in euangelio / de eo qui iam clauserat ostium suum.  
 Si quis ostium eius procacius pulset / quia surget. et  
 dat illi / propter importunitatem.

Capitulum sextum Tres habens partes.

**D**ilectum quoque est propensorem eius haberi rationem/ qui tibi aut beneficium aliquod/ aut munus contulit/ si ipse in necessitate incidit. Sicut enim tam contra officium/ quam non reddere quod acceperis. Nec mensura pari/ sed uberiore reddendum arbitror/ et pensandum usum beneficii. ut tanto subuenias/ quanto eius erumnam repellas. Etenim superior non esse in referendo/ quam in conferendo beneficio/ hoc est minorem esse. Sicut qui prior contulit/ tempore superior est. humanitate prior. Unde imitanda nobis est in hoc quoque natura rerum. que susceptum semen multiplicatione solet numero reddere. quam acceperit. Ideo tibi scriptum est. Sicut agricultura est homo insipiens. et tanquam vinea homo egenus sensu. Si reliqueris eum/ desolabitur/ sicut agricultura. Ergo etiam sapiens/ ut tanquam fenerata sibi maiore mensura semina suscepta/ restituat. Terra ergo/ aut spontaneos fructus germinat/ aut creditos uberiore cumulo refundit ac reddit. Utrumque debes. quodam hereditario usu pareris. ne reliquaris/ sicut infecundus ager. Esto tamen ut aliquis excusare possit/ quod non dederit quod excusare potest/ quod non reddiderit. Non dare cui quam vix licet. non reddere vero non licet. Ideo pulchre Salomon ait. Si sederis cenare ad mensam potentis sapienter intelligere ea que apponunt tibi. et mitte manum tuam/ scies quod te oportet talia preparare. Si autem instabilis es/ noli occupare escas eius. Nec enim obtinet vitam falsam. Quas nos imitare cupientes sententias scripturarum/ offerre gratiam bonum est. At que referre nescit/ durissimum. Humanitatis exemplum ipsa terra suggerit. Spontanea neos fructus ministrat/ quos non seueris. multiplicatum quoque reddit/ quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratam non licet. quod licet acceptam non referre gratiam.

In prouerbijs quoq; habes / q; ita plurimum reuoluit  
 ista gratie / apud dñm consuevit ualere / ut etiam  
 in die ruine inueniat gratiã / qñ possunt sp̄poderare  
 peccata. Et quid alius utar exēplis / cum dñs ip̄e re  
 muneracionē uberiorē / sanctorū meritis in euāgelio  
 polliceat / atq; hortet ut operemur bonū opus / dicēs  
 dimittite / et dimittimini / date et dabit vobis / mensu  
 rã bonã / et confertã / et supereffluentē dabūt in sinū ve  
 strū? Itaq; et illud cōnuuiū Salomonis / nō de cibis  
 sed de operibus est bonis. Quo enim melius epulant  
 animi / q̄ bonis factis? aut quid aliud / tã facile sūt in  
 storū explere mētes / q̄ boni operis cōscientia? Quis  
 aut iocundior cibus q̄ facere voluntatē dei? Quē ci  
 bum / sibi solum dominus abundare memorabat.  
 sicut scriptū est in euāgelio. Deus cibus est / ut faciã  
 voluntatē patris mei / qui in celo est. Hoc cibo delect  
 te nūr. de quo ait p̄pheta / delectare in dño. Hoc cibo  
 delectant / qui superiores delectationes mirabili inge  
 nio cōp̄hendunt. qui p̄nt scire / qualis sit munda illa  
 et intelligibilis mētis delectatio. Etiam ergo panes  
 sapientie. et saturemur in verbo dei. quia nō in solo  
 pane / s; in omni verbo dei vita est hominis facti ad  
 imaginē dei. De poculo vero satis expressē dicit san  
 ctus Job. Sicut terra expectans pluuiã / sic et isti ser  
 mones meos. Pulchrum est ergo / ut diuinariū scriptu  
 rarū humescamus alloquio. et quasi ros / sic in nos v̄  
 ba dei / descendant. Cum igitur sederis ad illaz mēsam  
 potentis / intellige quis ille sit potens. et in paradiso  
 delectationis positus / atq; in conuiuio sapientie lo  
 catus / considera que apponūt tibi. Scriptura diuina  
 conuiuū sapientie est. Singuli libri / singula sunt fer  
 cula. Intellige prius que habeant in ferculis dapes.

7 tunc mitte manū: vt ea que legis / vel acciperis a do  
mino deo tuo / operibus exequaris. 7 collatā in te gra  
tiā / officiū respōntes. vt Petrus 7 Paulus. qui eū  
gēlizando vicem quondā largitori muneris reddide  
rūt. vt possint singuli dicere. Gratia autē dei sum id  
quod sum. 7 gratia eius in me egenā nō fuit. sed abū  
dantius illis oibus laboraui. Alius ergo fructū acce  
pti beneficii / vt aurū auro / argentū argento repēdit.  
Alius laborē. Alius haud scio an etiā locupletius so  
lum restituit affectum.

Quid enim si reddendi nulla facultas suppetit? In  
beneficio referēdo / plus animus quā census operat. ma  
gisque pponderat beniuolētia / quā possibilitas referēdi  
muneris. Grā enim in eo ipso quod habet / refertur.

Magna igitur beniuolentia. que etiā si nihil confe  
rat / plus exibet. Et cū i patrimonio nihil habeat / lar  
git pluribus. Idque facit sine villo sui dispendio. 7 lu  
cro oim. Et ideo prestat beniuolentia supra ipsam li  
beralitatē. Ditiōr hec moribus / quā illa muneribus. Plu  
res enim sunt / qui indigēt beneficio / quā qui abundāt.  
Est autē beniuolentia / 7 cōiuncta liberalitati. a qua  
ipsa liberalitas perficitur. cū largiendi affectū / sequi  
tur largiēdi vsus. 7 separata atque discreta. Vbi enī  
deest liberalitas beniuolentia manet cōmunis quedā  
parēs. oimque amicitia cōnectit 7 copulat. In cōsiliis  
fidelis. in p̄speris leta. in tristibus mesta. vt vnusquis  
que beniuolentis se magis / quā sapientis credat consilio  
vt Dauid cum esset prudentior / Jonathe tū iunioris  
consiliis acquiescebat. Tolle ex vsu hominum beniuo  
lentiam. tanquā solem e mundo tuleris / ita erit quia si  
ne ea vsus hominum esse non potest. vt peregrinanti  
monstrare viam. reuocare errantem. deferre hospitium

Non igitur mediocris virtus. de qua sibi plaudebat  
 Job dicens. Fortis non habitabat hospes. ianua mea  
 omni venienti patebat. Aquâ de aqua pfluente dare  
 lumen de lumine accendere. Beniuolentia itaq; in his  
 est omnibus / tanq; fons aque reficiens sitientē. tanq;  
 lumen quod etiâ in aliis luceat. nec illis desit qui de  
 suo lumie aliis lumē accenderint. Est etiâ illa beniuo  
 lentie liberalitas / vt si quod habes debitores / cyrogra  
 phū scindens restituas / nihil a debitore consecutus de  
 bitū. Quod exēplo sui / facere nos debere / Job sanctus  
 ammonet. Nā qui habet / nō mutuat. qui non habet /  
 nō liberat cyrographū. Quid igit; etiâ si ipse non exi  
 gas / auaris hereditib; seruas / quod potes cū beniuolē  
 tie tue laude / sine damno pecunie rēpresentare? Atq; vt  
 plenius discutiamus / beniuolentia a domesticis pri  
 mū pfecta personis / idest a filiis parentib; / fratrib;  
 per diuinctionū grad; i ciuitatū peruenit ambitū. ⁊  
 de paradiso egressa / mundū repleuit. Deniq; cum in  
 viro ⁊ femina / beniuolentē deus posuisset affectū / di  
 xit. Erunt ambo in vna carne. ⁊ in vno spiritu. Vñ  
 Eva se serpenti credidit. qm̄ que beniuolentiâ accepe  
 rat / maliuolentiâ esse non opinabat. Auget; beniuolē  
 tia ceru ecclesie. fidei cōsortio. iniriandi societate per  
 cipiente gratie. necessitudine. miseriorum communi  
 ne. hec enim / etiam appellationes necessitudinum / re  
 uerentiam filiorum / autoritatem ⁊ pietatem patrum  
 germanitatem fratrum / sibi vendicant. Aulcum igit;  
 tur ad cumulandam spectat beniuolentiam / necessitu  
 do gratie. Adiuuat; etiam non parum / studia virtu  
 rum. Siquidem beniuolentia etiam / morum facti simi  
 litudinē. Deniq; Ionathas fili; regis / imitabat; san  
 cti Dauid mansuetudinē. propter quod diligebat eū.

Unde ⁊ illud/cū sancto sanctus eris/non solū ad cō-  
uersationē/ sed etiā ad beniuolentiā deriuandū videt̃  
Nā utiq; ⁊ filii Hōe simul habitabāt. ⁊ nō erat i his  
morū cōcordia. Habitabāt etiā i domo patris Esau  
⁊ Jacob. sed discrepabāt. Nō enim erat beniuolētia  
inter eos/ que sibi preferret alterū. s; magis contētio  
que p̃riperet benedictionē. Nā cum alter p̃curus/  
alter māsuētus esset/ inter dispares mores / ⁊ studia  
compugnātia/ beniuolētia esse nō poterat. Nōde/ quia  
sanctus Jacob/ paterne degenerē domus/ virtuti p̃fer-  
re nō poterat. Nihil aut̃ tā cōsociabile/ q̃ cū equita-  
te iustitia. que velut compar ⁊ sociā beniuolentie/ fa-  
cit/ vt eos quos pares nobis credimus/ diligamus.  
Habet aut̃ beniuolētia fortit̃: dinē. Nā cuz amicitia  
ex beniuolentie fonte procedat/ nec dubitat pro ami-  
co/ gratia vite sustinere pericula. Et si mala (iquit)  
mibi euenerit per illū/ sustineo. Beniuolētia etiā gladi-  
um iracūdie/ extorquere cōsuevit. Beniuolētia facit/  
vt amici vulnera vtiliora/ q̃ voluntaria inimici sint  
oscula. Beniuolētia facit/ vt vnus fiat ex pluribus.  
S̃m si plures amici sint/ vnus fiunt/ in quib; spūs  
vnus/ ⁊ vna sentētia ē. Simul aduertimus etiā cor-  
reptōnes in amicitis/ gratas esse. que aculeos habēt  
dolores nō habēt. Cōpungimur enim censorii sermo-  
nibus. sed beniuolētie delectamur sedulitate. Nō sum-  
mā nō in ōnibus eadē semper officia debent̃. nec per-  
sonarū semper/ sed plerunq; causarū/ ⁊ tēporum pla-  
tōes sunt. vt vicinū quis iterdū magis/ q̃ fratrē ad-  
iuerit. S̃m ⁊ Salomō dicit. Adeli; ē vicin; i p̃xio  
q̃ frater lōge habitās. Et ideo plerūq; amici se beni-  
uolētie q̃sq; omittit/ q̃ fratris necessitudini. Tm̃ va-  
let beniuolētia/ vt plerūq; pignora vincat nature.

Capitulum septimū  
De his copioſe  
tractamus  
que velut excellor  
domestica. Sed  
officio tam alienū  
peris officio inueni  
vltus noster sed ad  
firi vt Jelis nate  
nam rebus quoy be  
Est itaq; foranū  
q̃ incomitata virtus  
li. Alioquin foranū  
na et. Suo enim valli  
noci opprimat. cū in  
in iuncta sunt spectan  
beneficē belli iuncte  
comitē habuit in p̃tici  
te mole corporis viri  
me arma quib; onera  
ueris magis q̃ alien  
reminis quo graui  
merent. postea nu  
ellam adorsus. Jreo  
ad summam senecta  
erit; Tytanas susce  
mar agminibus glori  
Seco non hoc sola pr  
lorum gloriosam fore  
nam magnitudine at  
tra recurreunt virtut  
sola. conualuerunt de

Capitulum septimum Quattuor habens partes.

**P**atis copiose iusticie loco / honesti naturã ⁊ vim tractauimus. Nunc de Fortitudine tractemus. que velut excelsior ceteris / diuiditur in res bellicas / ⁊ domesticas. Sed bellicarum rerũ studium / a nostro officio iam alienũ videtur. quia animi magis / q̃ cor poris officio. intendimus. Nec ad arma iam spectat usus noster. sed ad pacis negocia. Adatores autẽ nostri / vt Iesus naue / Hyperboal / Samson / Dauio / sum mam rebus quoq; bellicis retulere gratiam.

Est itaq; Fortitudo velut excelsior ceteris. sed nũ q̃ incomitata virtus. Non enim seipsam cõmittit si bi. Alioquin / fortitudo sine iusticia / iniquitatis mate ria est. Suo enim validior est eo promptior vt infe riorẽ opprimat. cũ in ip̃is rebus bellicis iusta bella an iniusta sint / spectandũ putet. Nunq; Dauio / nisi laceffitus bellũ intulit. Itaq; prudentiã / fortitudinis comitẽ habuit in prelio. Nã ⁊ aduersus Goliã imma nẽ mole corporis virũ / singulari certamine dimicatu rus / arma quib; oneraret / respuit. Virtus enĩ suis lacertis magis / q̃ alienis integumentis nititur. Den de eminus quo grauius feriret / ictu lapidis hostem interemit. postea nunq; / nisi consulto domino / bellum adorsus. Ideo in omnibus victor preliis / vs q; ad summam senectam manu promptus / bello ad uersus Tytanus suscepto / ferocibus bellator misce batur agminibus. glorie cupidus. incuriosus salutis

Sed non hec sola preclara fortitudo est / sed etiam illorum gloriosam fortitudinem accepimus / qui per fidem magnitudine animi / obstruxerunt leonum ora / extinxerunt virtutem ignis / effugerunt aciem gladii / conualuerunt de infirmitate fortes.

qui non comitatu ⁊ legionibus succincti/ cōmunē cū multis victoriā/ sed nuda virtute animi singularē de perfidis retulerūt triumphū. Quē isuperabilis Daniel qui circa latera sua rugientes nō expauit leones. ⁊ remebāt bestie. ⁊ ille epulabat. Nō igitur in virib⁹ corporis ⁊ lacertis tantummodo/ fortitudinis gloria ē/ sed magis in virtute animi.

Neq; in inferenda/ sed depellenda iniuria lex virtutis est. Sui enim non repellit a socio iniuriā si p̄tā est in vicio q̄ ille qui facit. Vñ sanctus Moyses/ hic prius orsus est/ temp tamēta bellice fortitudinis. Nā cū vidisset hebreū ab egyptio iniuriā accipientē/ defendit/ ita vt egyptiū sterneret. atq; in arena abscederet. Salomō quoq; ait. Eripe eū qui ducit ad mortem. Vñ igitur/ vel Tullius/ vel etiā Panetius/ aut ipse Aristoteles transtulerūt/ apertū est satis. quanq̄ etiā iis duobus antiquior dixerit Job. Saluū feci pauperē de manu potētis. ⁊ pupillū/ cui adiutor nō erat/ adiuui. Benedictio perituri in me veniebat. Nōne hic fortissimus/ qui tam fortiter percussit impetus diaboli/ ⁊ vicit euz virtute mentis sue. Neq; vero de eius dubitandū fortitudine/ cui dicit dñs. Accinge sicut vir lumbos tuos. suscipe altitudinē ⁊ virtutem. Omne autē iūrosam humiliato. Apostol⁹ quoq; ait. Habetis fortissimā cōsolationē. Est ergo fortis/ qui se in dolore aliquo cōsolat. Et reuera iure ea fortitudo vocat/ qm̄ vnusquisq; seip⁹ vicit/ irā cōtinet. nullis illecebris emollit/ atq; inflectit. nō aduersis perturbat. nō extollit secūdis. ⁊ quasi v̄cto quodā/ variariū rerū circūfert mutatōe. Quid autē excels⁹ ⁊ magnificentius/ q̄ exercere mentē/ afficere carnē/ in seruitutē redigere/ vt obediāt imperio/ cōsiliis obtēperet/

vt in aduendis laboribus / impigere exequatur pro  
positum animi / ac voluntatem.

Capitulum octauum Quinq; habens partes.

**H**ec igitur prima vis fortitudinis ( quontā in  
duobus generibus fortitudo spectat' animi )  
Primo vt externa corporis pro minimis habeat . 7  
q̄si superflua / despiciēda magis q̄ expetenda ducat .  
Secundo . vt ea que summa sunt / oēsq; res / in quibus  
honestas 7 illud decorū p̄ponendū cernit' / p̄clara ani  
mi intētiōe vsq; ad effectū persequat' . Sicut enī tā  
p̄clarum / q̄ vt ita animū informes tuū / vt neq; diui  
tias / neq; voluptates / neq; honores in maximis cō  
suetas / neq; in his studiū omne cōteras? Quod cum  
ita affectus animo fueris / necesse ē / vt illud honestuz  
ac decorū p̄ponendū . putes illiq; mentē intēdas tuā .  
vt quicquid acciderit / quo frangi animi solēt / aut pa  
trimoniū amissio / aut honoris imminutio / aut obrec  
tatio infidelīū / q̄si superior nō sentias . Deinde / vt te  
salutis ip̄ius pericula pro iustitia suscepta / nō moue  
ant . Hec vera fortitudo ē . quā habet christi athleta .  
qui nisi leuissime certauerit / nō coronat' . An mediocre  
videt' tibi preceptū fortitudinis? Tribulatio patien  
tiā operat' . patiētia probatiōē . probatio aut' spem .  
Vide quot certamina . 7 vna corona . Sed p̄ceptū non  
dat / nisi q̄ ē s̄fortat' i Christo Jesu . cui' caro requiē  
nō habebat . afflictio vndiq; . foris pugne . int' timo  
res . Et q̄uis i periculis / i laborib; plurimis i carceri  
b; / i mortib; posit' / aio tñ nō frangebat' . s; p̄liaba  
tur . ateo / vt potētior suis fieret infirmitatibus .

Itaq; considera quēadmodum eos qui ad officia  
ecclesie accedunt / despicientiā rerū humanarū habere  
deceat . Si ergo mortui esis cuz Christo / ab elemētis

huius mundi / quid adhuc velut viuētes de hoc mun-  
do decernitis? Ne teneritis. ne actamaueritis. ne gu-  
staueritis. que sunt omnia ad corruptelam ipō vsu.  
Et infra. Si ergo cōsurrexistis cum Christo / que sur-  
sum sunt querite. Et iterū. Adornate erga mēbra  
vestra que sunt super terram. Et hec quidem adhuc  
omnibus frōlibus.

Tibi autē fili / cōtempitū diuiciarū / p̄fanarū quo-  
q; ⁊ anilitū fabularū suadet declinationē. nihil permit-  
tens / nisi quod te exerceat ad pietatē. Quia corpora-  
lis exercitatio / nulli rei vsui ē. pietas autē ad omnia  
vtilis. Exerceat ergo te pietas ad iustitiā / continētiā  
mansuetudinē. vt fugias iuuenilia opera / cōfirmat⁹  
⁊ radicatus in gratia / Bonū fidei subeas certamen.  
Non te implicēs negociis secularibus. qm̄ deo mili-  
tas. Et enim si hi qui imperatori militāt / a susceptio-  
nibus litiū / actu negotiorū forēsuz / vendicatōe mer-  
cium / p̄hibentur humanis legib⁹ / quantomagis qui  
fidei exercet militiā / ab omni vsu negotiationis absti-  
nere debet. agilluli sui contētus fructibus / si habet. si  
nō habet / stipēditorum suoz fructu. Siquidē bonus  
testis ē / qui dicit iuuentis fui / ⁊ senui. ⁊ nō vidi iustū  
derelictū. nec semē ei⁹ querēs panē. Ea ē enī trāquil-  
litas animi ⁊ tēperantia / que neq; studio querēdi af-  
ficit / neq; egestatis metu tangit. Ea ē etiā q̄ dicitur  
vacuitas animi ab anguorib⁹ / vt neq; in doloribus  
molliores simus / neq; in prosperis elatiores.

Quod si hi qui ad capeffandam Kemp. adhortan-  
tur aliquos / hec precepta dant / quantomagis nos /  
qui ad officium ecclesie vocamur / talia debemus age-  
re / que placeant deo. vt ⁊ virtus Christi pretendat  
in nobis / ⁊ ita simus nostro probatū imperatori /

... nostra arm  
... in quibus peccat  
... vobis peccati debet  
... te omni culpa mo  
... uis relinquo op  
... na bonella ⁊ decor  
... Capitulum non  
... Et quia in om  
... bonum leo  
... ne forte aggrediam  
... equi (vnde nos tem  
... uitate cecere / immo  
... dominus. ne temere al  
... dicitur offerat se per  
... mox aut remittor an  
... et nec rursus. ppter i  
... fidem debet metu peric  
... tatus. excedenda met  
... ut nullis perturbari a  
... franci molestis. nulli  
... equidem sustinemur. s  
... uentis suppletorū vinc  
... in firmes autem tu  
... uere / ⁊ proponas  
... simplici tormita / po  
... uir diligente est / ve  
... uere / si quis potest  
... ra sunt ⁊ tanq; an  
... que ⁊ quid agere deb  
... uia duo ⁊ tria simi  
... talia aut cōiuncta a  
... ue cuncta disponere a

ut mēbra nostra arma iusticie sint. Arma non carna-  
lia/in quibus peccatum regnet/ sed arma fortia deo/  
quibus peccatū destruat/ moriat caro nostra. ut in  
ea omnis culpa moriat. ⁊ q̄si ex mortuis viuentes /  
nouis resurgam⁹ operib⁹ ac moribus. Hec sunt ple-  
na honesti ⁊ decori officii/ stipendia fortitudinis.

Capitulum nonum Tres habens partes.

**S**ed quia in omnibus que agimus/ non solū q̄o  
honestum/ sed etiam quid possibile sit querim⁹/  
ne forte aggrediamur aliquid quod non possim⁹ ex  
equi (vnde nos tempore persecutionis de ciuitate in  
ciuitatē cedere/ immo ut verbo suo vtar fugere vult  
dominus. ne temere aliquis dum martyriū desiderat  
gloriam/ offerat se periculis / que fortasse caro infir-  
mior aut remissior animus ferre ac tolerare nō que-  
at. nec rursus p̄pter ignauitā cedere quis/ ac deserere  
fidem debet/ metu periculi) qua gratia p̄parandus ē  
animus. exercenda mens. stabilienda ad constantiā.  
ut nullis perturbari anim⁹ possit terroribus. nullis  
frangi molestis. nullis suppliciis cedere. Sive diffici-  
le quidem sustinentur. Sed quia omnia supplicia/ gra-  
uiorū suppliciorū vincunt formidine / ideo si consi-  
lio firmes animum tuum / nec ratione discedendum  
putes / ⁊ proponas diuini iudicii metum/ perpetui  
supplicii tormēta/ potes animi subire tolerantia. Hoc  
igitur diligētē est/ ut quis ita se comparet. Illud in  
genti / si quis potest vigore mentis preuidere que fu-  
tura sunt. ⁊ tanq̄ ante oculos locare quid possit acci-  
dere. ⁊ quid agere debeat si ita acciderit/ diffinire. in  
terdū duo ⁊ tria simul voluere. atmoq̄ cōiunctat/ aut  
singula/ aut cōiuncta accidere posse. ⁊ aut singulis/  
aut diuictis disponere acc⁹/ quos itelligat p̄ futuros

Fortis ergo est viri / non dissimulare / cū aliquid im-  
mineat . se p̄tendere ⁊ tanq̄ explorare de specula qua  
dam mētis . ⁊ obulare cogitatione prouida rebus fu-  
turis ne forte dicat postea / ideo ista incidi / quia nō  
arbitrabar posse euenire . Deniq; nisi explorent ad-  
uersa / cito occupant . vt in bello / iprouisus hostis vix  
sustinet . ⁊ si imperatos inueniat / facile opprimit . ita  
animum / mala inexplorata plus frangunt .

In his igitur duobus / illa est animi excellētia . Vt  
primum animus tuus bonis exercitatus cogitationi-  
bus / mundo corde / quod verū ⁊ honestuz est videat .  
Beati enim mundo corde . quia ipsi etiā deū videbūt .  
atq; id quod honestum ē / solum bonum iudicet . Dein  
de nullis perturbet occupationib; . nullis cupiditatibus  
fluctuet . Neq; vero id facile quisq; facit . Suid  
enim tam difficile q̄ despiciere / tanq̄ ex arce aliqua  
sapiētie opes / aliq; omnia / que plerisq; vident ma-  
gna ⁊ preclsa? Deinde vt iudiciū tuū stabili ratione  
cōfirmes : ⁊ q̄ iudicaueris leuia / tanq̄ nihil p̄futura  
otēnas? Deinde vt si q̄o acciderit aduersi / idq; graue  
⁊ acerbū putetur / ita feras / vt nihil p̄ter naturā acci-  
disse putes / cum legeris / nudus suz natus nudus exi-  
bo / que dominus dedit / dñs abstulit . ⁊ vtiq; ⁊ suos  
amiserat . ⁊ facultates . seruesq; in omnibus personā  
sapiētis ⁊ iusti / sicut ille seruauit qui ait / sicut domi-  
no placuit / ita factum est / sic nomen domini benedic-  
tum . ⁊ infra . sicut vna insipientium mulieruz locuta  
es / si bona suscepimus de manu dñi / que mala sunt  
non sustinebimus?

Non est igitur mediocris / nec discreta a ceteris  
animi fortitudo / que bellum cum virtutibus gerat .  
sed que sola defendat ornamenta virtutuz omnium .

⁊ iudicia custodiat. ⁊ que inexpiabili prelio / aduer-  
 sus omnia vitia decernat. inuicta ad labores fortis  
 ad pericula. rigidior aduersus voluptates. dura ad  
 uersus illecebras / quib⁹ aurē deferre nesciat / nec (ut  
 dicit⁹) que dicat. pecuniā negligat. auaritiā fugiat /  
 tanq̄ labem quandā / que virtutem effeminet. Nihil  
 enim tam cōtrariū fortitudini q̄ lucro vincit. Freqn-  
 ter pulsus hostib⁹ / inclinata in fuga aduersariorum  
 acie / dū exuuis cesoz capit⁹ p̄liator / iter ipos quos  
 stravit miserādos occubuit. ⁊ triūphis suis deiecte le-  
 giones dū spoliis occupant⁹ / hostem ī se reuocauerūt  
 qui fugerat. Fortitudo igit⁹ / tā immanē pestem repel-  
 lat ⁊ p̄terat nec temptet⁹ cupiditatibus. nec frangā-  
 tur metu. quia virtus sibi cōstat / ut fortiter oīa per-  
 sequat⁹ vitia / tanq̄ virtutis venena. Iracundiā ve-  
 lut quibusdā ppulset armis / que tollat cōsiliū / ⁊ tā  
 q̄ egritudinē vitet. Glorie quoq; caueat appetentiā.  
 que frequenter nocuit / immoderatus expectata. semper  
 aut vsurpata. Sicut horū / sancto Job vel in virtute  
 defuit / vel in vicio obrepit. Sūo laborē egritudinis  
 frigoris / famis / perculit. Sūo despexit salutis pericu-  
 lum. Nunquid rapinis / diuitie coaceruare / de quib⁹  
 tāta inopibus affluebāt? Nunquid auaritia / cēsus / aut  
 voluptatis studia / cupiditatesq; excitauit? Nunquid  
 triū regū iniuriosa cōtentio / vel feruorū contumelia  
 in irā excussit? Nunquid gloria / sicut leuez exulit / qui  
 imprecabat⁹ grauiā sibi / si vnq̄ vel nō voluntariā  
 celauerit culpā / vel reuerit⁹ esset multitudinē plebis /  
 quo minus ānunciaret eā in cōspectu oīm? Neq; enī  
 cōsentaneæ sunt vitis virtutes. sed sibi cōstant. Suis  
 igit⁹ tam fortis / q̄ sanctus Job? Cui Secundus adiu-  
 dicari potest / qui parem vix reperitur.

Capitulum decimum Tres habens partes.

**E**o fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet  
ut putent solam esse prelialem fortitudinem. et  
ideo me ad hec deflexisse / quia illa nostris defor. Quod  
fortis Iesus naue / ut vno prelio quinque reges cap-  
tos sterneret cum populis suis? Deinde cum aduersus  
Gabaonitas surgeret prelium / et vereretur / ne nox impe-  
diret victoriam / magnitudine metus et fidei clamauit  
Stet sol. Et stetit / donec victoria consummaret. De-  
deon in trecentis viris / de ingenti populo / et acerbo  
hoste reuexit triumphum. Jonathan adolescens / virtu-  
tem fecit in magno prelio. Suid de Machabeis loquar?  
Sed prius de populo dicam patrum. qui cum essent parati  
ad repugnandum pro templo dei et pro legitimis suis  
dolo hostium die lacessit sabbati / maluerunt vulne-  
ribus offerre nuda corpora / quam repugnare. ne viola-  
rent sabbatum. Itaque omnes leti se morti obtulerunt.  
Sed Machabei considerantes / quod hoc exemplo gens om-  
nis posset perire / sabbato etiam ipsi cum in bellum pro-  
carent / vlti sunt innocentium necem fratrum suorum. unde  
postea simulatus Rex Antiochus / cum bellum accederet  
per duces suos / Lisyam / nichanorem / Gorgiam / ita cum  
Orientalibus suis / et Assyriis attritus est cepuis / ut  
quadraginta et octo milia in medio campi / a tribus  
millibus prosternerent. Virtutem ducis Jude Macha-  
bei / de vno eius milite considerate. Namque Eleasarum / cum  
supereminentem ceteris elephantem lorica vestitum re-  
gia aduerteret / arbitratus quod in eo rex esset / cursu  
concitus in medium legionis se proripuit. et abiec-  
to clipeo utraque manu interficiebat bestiam. atque intravit  
sub eam. et subiec-  
to gladio / interemit eam. Itaque cadens  
bestia / oppressit Eleasarum. atque ita mortuus est.

Quanta igitur virtus animi / primo ut mortem non time-  
 ret / deinde ut circumfusus legionibus inimicorum / inco-  
 fertos raperet hostes / mediis penetraret agmen / et com-  
 tempta morte ferocior / abiecto clipeo utraque manu  
 vulnerate molem bestie subiret / ac sustineret / post in-  
 tra ipsam succederet / quo pleniore ferret ictu / cuius ru-  
 ina / inclusus magis quam oppressus / suo est sepultus tri-  
 umpho? Nec fefellit opinio virum. Quis regius felle-  
 rit habitus. Tanto enim virtutis spectaculo defixi ho-  
 stes / inermem occupatum incurfare non ausi / pro casum  
 ruentis bestie / si trepidauerunt / ut impares se omnes  
 unius virtuti arbitrarent. Demque Rex Antiochus  
 Lisye filius / qui centum viginti hominum milibus arma-  
 tus venerat / et cum triginta duobus elephantis / ita ut  
 ab ortu solis per singulas bestias velut montes qui  
 oam / armorum corusco tanquam lampadibus argentibus re-  
 fulgerent / unius territus fortitudine pacem rogauit.  
 Itaque Eleasar heredem virtutis sue pacem reliquit  
 Sed hec triumphatorum sint.

Verum quia fortitudo non solum secundis rebus / sed  
 etiam aduersis probatur / spectemus Iude machabei exitum  
 Is enim post victum Nichanorem regis Demetrii ducem  
 securior / aduersus viginti milia exercitus regis / cum  
 nonagenis viris bellum aduersus / volentibus his cedere /  
 ne multitudine opprimerentur / gloriosam magis mor-  
 tem quam turpem fugam suavit. ne crimen (inquit) nostre re-  
 linquamus glorie. Itaque commisso prelio / cum a primo  
 ortu die i vesperam dimicaret / dextere cornu quo vali-  
 dissimam manum aduertit / hostium aggressus facile auertit  
 Sed dum fugientis sequebatur a tergo / vulneri locum prebuit. Ita  
 gloriosorem triumphis locum mortis inuenit. Quid ionathas fratrem  
 eius attexamus / qui cum parua manu aduersus exercitus regios

pugnans / desertus a suis / et cum duobus tantum relictus / repa-  
rauit bellum / auerit hostem / fugitantes suos ad societatem  
reuocauit triumphum habens fortitudinem bellicam / in quo  
non mediocri honesti ac decori forma est / quod mortem ser-  
uituti proferat ac turpitudini / Suid autem de martirum di-  
cenda passionibus / Et bene longius uagetur / num minorem  
de superbo rege antiocho machabei pueri reuexerunt tri-  
umphum / quam parentes proprii / Si qui tamen illi armati / isti si-  
ne armis uicerunt . Stetit inuicta septem pueros chorus  
regis cincta legionibus . Defecerunt supplicia / cesserunt  
terrores . non defecerunt martires . Alius corum capitis  
exitus / speciem mutauerat / uirtute auxerat . Alius lin-  
guam iussus amputandam proferre / respondet . Non solos  
dominus audit loquentes / qui audiebat ad Moysen tacentem .  
Plus audit tacitas cogitationes suorum / quam voces omnium  
Lingue flagellum times / flagellum sanguinis non times /  
Habet et sanguis uocem suam / qua clamat ad deum . sicut  
clamauit in abel . Suid de matre loquar / que spectabat  
leta filiorum / quot funera tot trophea / et morientium uo-  
cibus tanquam psallentium cantibus delectabat / pulcher-  
rimam uentris sui cytharam in filiis cernens / et pietatis  
armoniam omni lyre numero dulciorem / Suid de Pi-  
mis loquar / qui ante palmam uictorie acceperunt / quam sen-  
sum nature / Suid de sancta agneta / que in duarum ma-  
ximarum rerum posita periculo . castitatis et salutis / ca-  
stitatem protexit / salutem cum immortalitate commutauit /  
Non pretereamus etiam sanctum Laurentium . qui cum ui-  
deret Sixtum episcopum suum ad martirium duci / flere cepit  
non passionem illius / sed suam remansionem . Itaque his  
uerbis appellare cepit . Quo progredieris sine filio  
pater / Quo sacerdos sancte sine diacono properas  
tuo / Numquam sine ministro sacrificium offerre consueuerat

Quid in me ergo displicuit pater? Nū degenerē p̄ba  
 ſi? Experire certe/ utrū idoneū miniſtrū elegeris. Cui  
 cōmiſiſti dñici ſanguinis cōſecratione/ cui cōſummā  
 dñi cōfortiū ſacramentoz/ huic ſanguinis tui cōfor  
 tiū negas. Vtce ne periclitet iudiciū tuū duz fortitu  
 do laudat. Abieccio discipuli detrimentū eſt magiſtri  
 Quid q̄ illuſtres preſtātesq; viri / diſcipulorū certa  
 minibus / q̄ ſuis vincūt? Demq; abrahā filiū obtulit.  
 Petrus Stephanū premisit. ⁊ tu pater / oſtēde in filio  
 virtutem tuā. Offer quē erudiſti. vt ſecurus iudiciū  
 tui comitatu nobili peruenias ad coronā. Tunc Six  
 tus ait. Non ego te fili derelinquo ac deſero. ſed ma  
 iora tibi debent certamīa. Nos quaſi ſenes / leuioꝝ  
 pugne curſum recipimus. te q̄ſi iuuenē / manet glorio  
 ſior de tyranno triūphus. Adox venies. ſlere deſiſte.  
 poſt triduuꝝ me ſequeris. Inter ſacerdotem ⁊ leuitā  
 hic medius numerus decet. Non erat tuū ſub magi  
 ſtro vincere / q̄ſi adiutorē quereres. Quid cōfortium  
 paſſionis mee expetis? Totam tibi hereditatē eius di  
 mitto. Quid p̄ſentiā meā requiris? Infirmi diſcipuli  
 magiſtrū precedāt. fortes ſequantur. vt vincāt ſine  
 magiſtro / qui nō indigent magiſterio. Sic ⁊ Helias  
 Helieū reliquit. Tibi ergo cōmendo noſtre virtutis  
 luccionē. Talis erat cōtentio digna ſane. de qua cer  
 tarent ſacerdos ⁊ miniſter / quiſ prior pateretur pro  
 Chriſti nomine. In fabulis ferūt tragicis / excitatos  
 theatri magnos eſſe plauſus / cū ſe Hilades Dreſtem  
 diceret / Dreſtes (vt erat) Dreſtē ſe eē aſſeueraret. ille  
 vt p̄ Dreſte necaret / Dreſtes ne Hiladē p̄ ſe pateret  
 necari. S; illis nō licebat viuere / q; vterq; eēt parici  
 diū re9. alter q̄ feciſſet. alter q̄ auoſiſſet. Hic Laurē  
 tiū ſanctū / ad hoc null9 vrgebat / niſi amor deuotōis.

Tamen post triouum ⁊ ipse / cum illuso tyranno im  
positus super craticulaz exureretur / affum est (inquit)  
versa ⁊ māduca Ita virtute ai / vincebat ignis naturā

Cauendum est reor / neou3 aliqui nimia glorie du  
cunt cupiditate / insolentius abutantē potestatibus.  
Et plerunq3 auersos a nobis animos gentiliū / in stu  
dia persecutionis excitent / atq3 inflāment ad iracun  
diā. Itaq3 vt illi perseuerare possint ⁊ supplicia vin  
cere / quātos perire faciunt? Prosperiendū etiā / ne ad  
ulantib9 apertam9 aurē. Emolliri enī adulatōe / non  
solū fortitudinis nō esse / sed etiam ignaute videt.

Capitulū vndecimū Duas habens partes.

**Q**uoniam de tribus virtutibus diximus / restat  
vt de quarta virtute dicamus. que temperācia  
ac modestia vocatur. In qua maxime tranquillitas  
animi / studiū mansuetudinis / moderationis gratia /  
honesti cura / decoris cōsideratio / spectat ⁊ querit.

Ordo igitē quidam vite nobis tenēdus est. vt a ve  
recundia / prima quedā fundamenta ducantē. que so  
cia ac familiaris est mentis placiditati / proteruiam  
fugitās / ab omni aliena luxu / sobrietatem diligit. ho  
nestatem fouet. decorū illud requirit. Sequatē conuer  
sationis electio. vt adiungamur pbatissimis quibus  
q3 senioribus. Nāq3 vt equaliū vsus dulcior / ita se  
nū tutior est qui magisterio quodaz ⁊ ductu vite / co  
lorat mores atolescentium / ⁊ velut murice probita  
tis inficit. Namq3 si hi qui sunt ignari locorum / cuz  
solleribus viarum iter adoriri gestiunt / quantoma  
gis atolescentes cum senibus debent nouum sibi iter  
vite aggredi / quo minus errare possint. ⁊ a vero  
tramite virtutis deflectere. Nihil enim pulchrius /  
q3 eosdem ⁊ magistros vite / ⁊ testes habere.

Suerendū etiam in omni actu / quō personis / tempo  
 ribus conueniat atq; etatibus / quō etiā singulorum  
 ingenijs sic ac commodū. Sepe enim quod alterū de  
 cet alterū nō decet. Aliud iuueni aptū. aliud seni. Ali  
 ud in periculis. aliud rebus secundis. Saltauit ante  
 archā dñi Dauid. non Samuel. Nec ille reprehensus.  
 sed magis iste laudatus. Mutauit vultum contra re  
 gem. cui nomen Achis. At hec si remota fecisset formi  
 dine quo minus cognosceretur / nequaquā leuitatis re  
 p̄bensiōe carere potuisset. Saul quoq; vallat⁹ choro  
 prophetarū / etiā ip̄e prophetauit. ⁊ de solo quasi in  
 digno memoratū est / ⁊ Saul inter p̄phetas. Unusq; s̄  
 q; igit̄ suū ingeniu; nouerit. ⁊ ad id se applicet / quod  
 sibi aptū elegerit. Itaq; prius quō sequatur cōsue  
 ret. Non solum nouerit bona sua / sed etiā vitia cog  
 noscat / equalem se iudicem sui p̄beat / ut bonis inten  
 dat / vitia declinet. Alius distinguende lectioni apti  
 or / alius psalmo gratior / alius exorcisandis qui ma  
 lo laborant spiritu sollicitior / alius sacrario oportu  
 nior habet. hec omnia spectet sacerdos. ⁊ quod cuiq;  
 congruat / id officii deputet. Suo etenim vnūquēq;  
 suū ducit ingeniu / aut quod officium decet / id maiore  
 implet gratia. Sed id cū in omni vita difficile sit / tñ  
 in nostro actu difficilimū est. Amat enī vnusquisq;  
 sequi vitā parentū. Deniq; pleriq; ad militiā ferunt /  
 quorū militauerunt parentes. alii ad actiones diuer  
 sas. In ecclesiastico vero officio nil rari⁹ iuenias / q̄  
 eū qui sequat̄ institutū patris vel quia grauis deter  
 ret actus / vel quia in librica etate difficilior abstine  
 tia / vel quia alacri adolestētie videt̄ vita obscurior  
 ⁊ ideo ad ea cōuertunt̄ studia / que plausibilia ar  
 bitrant̄. Presentia quippe plures / q̄ futura p̄ferūt.

Illi autem presentibus/nos futuris militamus. unde  
quo prestantior causa/eo debet esse cura attentior.

Capitulum duodecimum Duas habens partes.

**T**eneamus igitur verecundiam. et eam que totius  
vite ornatu attollit modestiam. Non enim medio  
cre est/rebus singulis modum seruare/atque impartire  
ordine. in quo vere preluet illud quod decoru dicitur  
quod ita cum honesto iungitur/ut separari non queat. Si  
quidem et quod decet/honestu est/et quod honestu est/de  
cet. ut magis in sermone distinctio sit/ quam in virtute  
discretio. Differre enim ea inter se/ intelligi potest. ex  
plicari non potest.

Et ut conemur aliquo eruere distinctionis/ bone  
stas velut bona valitudo est/ et quedam salubritas est  
corporis. decet autem tanquam venustas et pulchritudo. Si  
cut ergo pulchritudo supra salubritate ac valitudi  
ne videtur excellere/ et tamen sine his esse non potest/ nec villo  
separari modo. quam nisi bona valitudo sit/pulchritu  
do esse ac venustas non potest/ sic honestas decoru illud i  
se continet/ ut ab ea profectum videatur. et sine ea esse non  
possit. Velut salubritas igitur totius operis actusque no  
stri/honestas est et sicut species/est decoru. quod cum  
honestate confusum/opinione distinguitur. Nam et si in  
aliquo videatur excellere/ tamen in radice est honestatis. sicut  
flore precipuo. ut sine ea decidat. in ea floreat. Gvid  
est enim honestas / nisi que turpitudinem quasi mor  
tem fugiat? Gvid vero inhonestum/nisi quod ardi  
tatem ac mortem afferat? Virente igitur substantia  
virtutis / decorum illud tanquam flos emicat. quia ra  
dix salua est. Atvero propositi nostri radice vitio  
sa / nihil germinat. Habes hoc in nostris aliquato  
expressius. Dicit enim David / dominus regnavit.

decorem induit. Et apostolus ait. Sicut in die/hone  
 ste ambulate. quod grece dicitur Eustomos. Hoc autē  
 proprie significat/bona habitudo. bona species. De  
 ergo primū hominem euz conderet/bona habitudine  
 bona membrorū compositione formauit/7 optimam  
 ei speciem dedit. remissionem non dederat peccatorū .  
 Sed postea q̄ renouauit eum spiritu/7 infudit ei gra  
 tiam/qui venerat in serui forma. 7 in hominis specie  
 assumpsit decorem redemptionis humane. Et ideo di  
 cit propheta. dñs regnauit. decorem induit. Deinde  
 alibi dicit. Te decet hymnus deus in syon. hoc est di  
 cere/honestū est/ ut te timeamus/ te diligamus/ te pre  
 cemur/ te honorificemus. Scriptū est enī. Omnia ve  
 stra honeste fiant. Sed possumus 7 hominē timere. di  
 ligere. rogare. honorare. Hymnus specialiter deo di  
 citur. Hoc tanq̄ excellentius ceteris credere est decoꝝ  
 quod deferimus deo. Mulierez quoq; in habitu orna  
 to orare conuenit. s; specialiter eam decet orare vela  
 tam. 7 orare promittentem castitatem cum bona con  
 uersatione.

Capitulū tredecimū Tres habens partes.

**E**st igitur decorū quod preeminet. cuius diuisio  
 gemina est. Nā est decorū quasi generale/ quod  
 per vniuersitatez fundit honestatis. 7 quasi in toto  
 spectat corpore. Est etiā speciale/qd ī parte aliq̄ emi  
 net. Illud generale/ita ē/ ac si equabile formā/ atq; vni  
 uersitatē honestatis/ in ōni actu suo habeat cōtinen  
 tem. cū omnis sibi eius vita consentat. nec in/ulla aliq̄  
 re discrepat. Hoc speciale/ cum aliquem actum in suis  
 habet virtutibus preeminentem. Simul illud aduer  
 te / q̄ 7 decorum est / secundum naturam viuere. secū  
 dum naturā tegere. 7 turpe est/ quod sit extra naturā

Aut enim apostolus quasi interrogans / decet mulierem non  
velatam orare deum? Nec ipsa natura docet nos. Quod  
vir quidem si comam nutriat / ignominia est illi. quam com-  
tra naturam est. Et iterum dicit. Mulier vero si capillos  
habeat / gloria est illi. Est enim secundum naturam / quam  
quidem capilli pro velamine sunt. Hoc est enim natura  
le velamen. Personam igitur et spectem / nobis natura ipsa  
dispensat / quam seruare debemus. ut in aequo et innocentiam cu-  
stodire possimus. nec acceptam / nostram malitiam mutareet

Habes hunc decorem generalem / quia fecit deus mun-  
di istius pulchritudinem. Habes et per partes. quia cum  
faceret deus lucem et diem / noctemque distingueret / cum  
conderet celum / cum terras et maria separaret / cum solem  
et lunam et stellas constitueret lucere super terram / pro-  
bauit singula. Ergo decorum hoc / quod in singulis mun-  
di partibus elucebat / in vniuersitate respicendum. sicut  
probat. Sapientia dicens. Ego eram cui applaudebat  
cum letaretur orbe perfecto. Similiter ergo et in fabri-  
ca humani corporis / grata est vnuscuusque membri  
portio. Sed plus in commune compositio membrorum apta  
delectat / quod ita sibi quadrare et conuenire videantur.

Si quis igitur equalitatem vniuersae vite / et singularium  
actionum modos seruet / ordinem quoque / et constantiam di-  
ctorum atque operum / moderationemque custodiat / in eius  
vita decorum illud excellit / et quasi in quodam speculo  
elucet. Accedat tamen suavis sermo. ut conciliet sibi affec-  
tum audientium gratumque se vel familiaribus vel civibus / vel  
si fieri potest omnibus prebeat. neque adulantem se /  
neque adulandum cuiquam exhibeat. Alterum enim callidi-  
tatis est. vanitatis alterum. Non despiciat quod  
de se vnusquisque / et maxime vir optimus sentiat.  
hoc enim modo discit bonus. deferre reuerentiam.

Etiam neglegere bonum  
conclusionis est. quod  
in neglegentia. Ceterum  
liber et colerandus  
solum se cauetur / ita  
in quibus est appetit  
pote impetu vnde gra-  
pote. prius est. Non m-  
atque nature est. Ceterum  
tu. Altera in ratione  
liber obediunt. sicut  
lo magisterio ceterum  
et ut bene dominat  
non esse ne quod ceterum  
quod omnino / cuius  
solum recedere. Nec enim  
reducitur in ab obis  
in quo possumus nos  
tore in omni appetit  
liberum est lege nature  
secularioris est ita plem  
curat ratione neque  
atque excludat. itaque de-  
celle constantia. reditu  
pota. Perturbat enim  
appetit. et itaque offerat  
ne illa sentit auge n-  
liber plerumque non solum  
liber etiam inflammata  
tore. gallebit timore.  
quod letitia. Nec cum  
quodam censura. graue

Nam negligere bonorum iudicia/ vel arrogantie/ vel  
 dissolutionis est. quoz alterū superbie ascribit. alte  
 rū negligentie. Caucaat etiā motus animi sui. Ipse enī  
 sibi: et obseruandus et circūspiciendus ē. et ut aduer  
 sum se cauend⁹/ ita etiā de se tuēdus. Sunt enī mot⁹/  
 in quib⁹ est appetitus ille/ qui quasi quodā prorūm  
 pit impetu vnde grece horne dicit/ qd vi quodā se re  
 pēte p̄ripiat. Nō mediocris in his/ vis quōdam animi  
 atq; nature est. Sive nū vis gemina ē. Vna in appeti  
 tu. Altera in ratione posita. que appetitū refrenet. et  
 sibi obedientē p̄stet. et ducat quo velit. et tanq̄ sedu  
 lo magisterio edoceat/ quid fieri/ quid vitari oportet  
 at/ vt bone dominatrici obtēperet. Solliciti enīz debe  
 mus esse/ ne quid temere/ aut incuriose geramus. aut  
 quicq̄ omnino/ cuius probabilem nō possumus rati  
 onem reddere. Actus enī nostri causa/ et si nō omnibus  
 redditur/ tū ab omnibus examināt. Hec vere habemus/  
 in quo possumus nos excusare. Nā et si vis quēdā na  
 ture in omni appetitu sit / tū idem appetitus rationi  
 subiectus ē lege nature ip̄is. et obedit ei. Vnde boni  
 speculatoris ē/ ita p̄tendere animo/ vt appetitus neq;  
 p̄currat ratione/ neq; deserat. ne p̄currendo perturbet  
 atq; excludat. eāq; deserendo/ destituat. Perturbatio  
 tollit cōstanciā. destitutio p̄dit ignauā/ accusat pi  
 griciā. Perturbat enī mente/ latius se ac lōgius fūdit  
 appetit⁹. et tāq̄ efferato ip̄etu/ frenos rōis nō suscipit  
 nec illa sentit aurige moderamiā/ quib⁹ possit reflecti  
 Vnde plerūq; nō soluz animus exagitat/ amittit ra  
 tio/ sed etiā inflammat vultus vel iracūdia vel libi  
 dine. pallefcit timore. voluptate se nō capit. et nimia  
 gestit letitia. Hec cum fiunt/ abūicitur illa naturalis  
 quedam censura/ grauitasq; morum. nec teneri p̄t illa

que in rebus gerendis atq; cōsiliis / sola p̄ autoritatē  
suā / ⁊ ad illud quod deceat tenere constantiā . Graui  
or autē appetitus ex indignatione nimia nascit̄ . quaz  
accepte plerūq; accendit iniurie dolor . De quo satis  
nos p̄ salmi quē in prefatione posuimus precepta in  
struūt . Pulchre autē ⁊ hoc accidit / vt scripturi de Of  
ficiis / ea prefationis nostre assertōne vteremur / que  
⁊ iōa ad Officiū magisterium pertineret .

Capitulū decimūquartū Duas habens partes .

**S**ed quia supra ( vt oportebat ) prestinximus  
quēadmodum vnusquisq; cauere possit / ne exci  
tet̄ accepta iniuria / verētes ne prefatio plixior fie  
ret / nunc de eo vberius disputandū arbitror . Locus  
enim opportunus ē / vt in partibus temperatiē dica  
mus / quēadmodū reprimat̄ iracundia . Tria itaq; ē  
genera hominū iniuriam accipientū / in diuinis scrip  
turis demonstrare volumus si possumus . Vnū est eo  
rum quibus peccator insultat / cōiuriat̄ in nequitia  
his quia deest iustitia / pudor crescit / auget̄ dolor .  
Horū similes / plurimi de meo ordine . de meo numero  
Nam mihi infirmo / si quis iniuriā faciat / forsitā ( li  
cet infirmus ) donem iniuriā meam . Si crimen obici  
at / nō sum tantus / vt sim cōtētus conscientia mea /  
etiā si me eius obiecti alienū nouerim . sed cupio ablu  
ere ingenii pudoris notā tanq̄ infirmus . Ergo oculo  
lum pro oculo / ⁊ dentē pro dente exigo . ⁊ cōiuriū cō  
uitio rependo . Si vero is sum qui proficiā / ⁊ si non  
dum perfectus / nō retorqueo cōtumeliā . Et si ifluat  
ille conuitiū / ⁊ inundet aures meas contumelus / ego  
taceo . ⁊ nil respondeo . Si vero perfectus sum ( ver  
bi gratia loquor . Nam veritate infirmus sum ) Si  
ergo perfectus sum / benedico maledicentem .

sicut benedicebat et Paulus. qui ait. *Maledicamur. et benedicimur.* Audierat enim dicentē / diligite inimicos vestros. orate pro calūniantibus et persecuentibus vos. Ideo autē Paulus persecutionē patiebat / et sustinebat quia vincebat et mitigabat humanū affectū proposita mercedis gratia. ut filius dei fieret / si dilexisset inimicū. Tūc et sanctū dauid in hoc quoque genere virtutis imparē Paulo nō fuisse edocere possumus. Sui primo quidē / cū malediceret ei filius Gemi / et crimina obiceret / tacebat / humiliabat / et silebat a bonis suis. hoc est honorū operū cōscientia. Deinde expetebat maledici sibi / quia maledicto illo / diuinā acquirebat misericordiā. Vide autē quōdā humilitatem / et iustitiam / et prudentiā emerente a dōno gratie reseruauerit. Primo dixit / ideo maledicit mihi / quia dñs dixit illi / ut maledicat. Habes humilitatē. quia ea que diuinitus imperant / equanimiter quasi seruul⁹ ferenda arbitrabat. Iterū dicit. Ecce filius meus / qui exiit de ventre meo / querit animā meā. Habes iustitiam. Si enim a nostris grauiora patimur / cur indigne ferimus / que inferuntur ab alienis? Tertio ait / dimitte illū ut maledicat. quā dixit illi dñs / ut videat humiliationem meā. et retribuat mihi dominus pro maledicto hoc. Nec iam solum conuulsiatē percussit / sed et lapidantem et sequentem / illesum reliquit / quin etiam post victoriam petenti veniam libenter ignouit. Quod ideo inferui / ut euangelico spiritu / secundum dauid non solus iofensum / sed gratum fuisse conuulsianti docerem. et delectatum potius / quā exasperatum iniuriis / pro quibus mercedem sibi reddendam arbitrabatur.

Sed tamen quāuis perfectus / at huc perfectiora querebat. Incalescebat iniurie dolore quasi homo.

sed vincebat quasi bonus miles. tolerabat quasi athleta fortis. Patientie autem finis. promissorum est expectatio. Et ideo dicebat. Notum fac mihi domine finem meum. et numerum dierum meorum. quis est. ut sciam quid desit mihi. Finem illum querit promissorum celestium. vel illum quem unusquisque surget in suo ordine. primitie Christus. Deinde hi qui sunt Christi. qui in adventu eius crederunt deinde finis. Tradito enim regno deo et patri. et evacuatis omnibus potestatibus (ut apostolus dixit) perfectio incipit. Hic ergo impedimentum. Hic infirmitas etiam perfectorum. illic plena perfectio. Ideo et dies illos requirit vite eterne qui sunt. non qui pretereunt. ut cognoscat quid sibi desit. que terra sit repromissionis. perpetuos fructus ferens. que prima apud patrem mansio. que secunda. et tertia. in quibus pro ratione mentorum unusquisque requiescat. Illa igitur nobis expectanda. in quibus perfectio. in quibus veritas est. Hic umbra. hic imago illic veritas. Umbra in lege. imago in euangelio. veritas in celestibus. Ante agnum offerebat. offerebatur vitulus. nunc Christus offert. Sed offert quasi homo. quasi recipiens passionem. et offert se ipse quasi sacerdos ut peccata nostra dimittat. Hic in imagine. ibi in veritate. ubi apud patrem pro nobis quasi advocatus interueni. Hic ergo in imagine ambulamus. in imagine videmus. illic facie ad faciem. ubi plena perfectio. que perfectio omnis in veritate est. Ergo dum hic sumus. seruiamus imaginem. ut ibi perueniamus ad veritatem. Sit in nobis imago iustitie. sit imago sapientie. qui a veniet ad illum diem. et secundum imaginem estimabimur. Non inueniat in te aduersarius imaginem suam. non rabiem. non furor. In his enim imago nequitie est. Aduersarius enim diaboli. sicut leo rugiens. querit quem occidat. quem deuoret.

Non inueniat auri cupiditatem. nō argenti aceruos  
 non victorū simulacra. ne auferat tibi vocem liberta-  
 tis. Vox enim libertatis illa est/ vt dicas. Veniet hu-  
 ius mundi princeps. ⁊ in me inueniet nihil. Itaq; si  
 securus es/ q; in te nihil inueniat/ cum venerit perfru-  
 tari/ dices illud quod dixit ad Laban Jacob patriar-  
 cha. Cognosce/ si quid tuorū est apud me. Adrito be-  
 atus Jacob. apud quē nil Laban suū potuit reperire  
 Abscōderat enim Rachel simulacra deorū eius/ aurea  
 ⁊ argentea. Itaq; si Sapiētia/ si fides/ si cōtempus  
 seculi/ si gratia tua abscōdat omnē perfidiā/ beatus  
 eris. quia nō respicis inuauitates. ⁊ insanias falsas  
 An mediocre est tollere vocē aduersario/ vt arguēdi  
 te nō possit habere autoritatē? Itaq; / qui nō respicit  
 inuauitates/ nō conturbat. Cui enim respicit/ cōtur-  
 bat ⁊ vanissime quidē. Quid ē enim cōgregare opes/  
 nisi vanum? quia ca duca q̄rere/ vanū est satis. Cum  
 aut cōgregaueris/ quis sciat an possidere liceat tibi?  
 Nōne vanū est. vt mercator noctibus ac diebus con-  
 ficiat iter/ quo aggregare possit thesauri aceruos/ mer-  
 ces cōgreget/ conturbet ad preciū ne forte minoris vē-  
 dat q̄ emerit/ ancupet locorū precia/ ⁊ subito/ aut lo-  
 trones in se inuidia famose negociationis excitet/ aut  
 non expectatis serenioribus flatibus/ dū lucrū que-  
 rit/ in naufragium impatiens more incidat? An non  
 cōturbat etiā ille vane/ qui summo labore coaceruat  
 qd̄ nesciat cui heredi relinq̄t? Sepe qd̄ auar⁹ summa  
 cōgesserit sollicitudinē/ p̄cipiti effusidē dilacerat heres  
 luxurios⁹. ⁊ diu q̄sita/ turpis eluo p̄ntiū cec⁹/ futuri  
 iprouit⁹/ qd̄ā absorbet voragine. Sepe etiā sperat⁹  
 successor inuidiā partite acq̄rit hereditatis. ⁊ celeri obi-  
 tu: extraneis auidē successionis trāscribit cōpendia.

Quid ergo vane araneā texis / que inanis ⁊ sine fruc-  
tu est / ⁊ tanq̄ casses suspendis inutiles diuitiarū co-  
pias? Que q̄si fluant / nihil p̄sunt immo exuūt te ima-  
ginē dei. ⁊ induūt terreni imaginē. Si tyrāni aliquis  
imaginē habeat / nōne obnoxius ē damnationi? Tu de  
pontis imaginē eterni imperatoris. ⁊ erigis in te ima-  
ginē mortis. Ecce nagis de ciuitate anime tue imagi-  
nē diaboli. ⁊ attolle imaginē Christi. hec in te fulge-  
at. in tua ciuitate / hoc est in anima / resplendeat. que  
obliterat victorū imagines. De quib⁹ dauid ait. Do-  
mine in ciuitate tua / ad nihilum deducis imagines eo-  
rū. Cū enī p̄uixerit hierusalē dñs ad imaginē suam  
tunc aduersariorum omnis imago deletur.

Capitulū decimūquintū Quattuor habēs partes.

**Q**uod si euangelio dñi etiā populus ip̄e ad despi-  
cientiā opum infortunatus atq; institutus ē / quā-  
tomagis vos leuitas oportet terrenis nō teneri cupi-  
ditatibus / quorū deus portio est. Nā cū diuideret  
a Moysē possessio terrena populo patrū / excepit le-  
uitas dñs a terrene possessionis cōsortio / q̄ ip̄e illis  
eēt funiculus hereditatis. Vñ ait dauid. Dñs pars he-  
reditatis mee / ⁊ calicis mei. Deniq; sic appellat leui-  
ta ip̄e me⁹. vel ip̄e p̄ me. Magnū ergo mun⁹ ei⁹ / vt  
de eo dñs dicat / ip̄e meus. Vel quēadmodum petro  
dixit / de statere in ore piscis reperto / dabis his pro-  
me ⁊ te.

Inde ⁊ apostol⁹ cum ep̄m dixisset debere esse sobri-  
um / pudicum / ornatum / hospitem / docibilem / non  
auarū / nō litigiosū / domus sue bene prepositum / ad-  
didit / diacones similiter oportet esse graues. non  
biligues nō multo vino deditos. nō turpe lucrum sec-  
tantes. habentes misterium fidei in conscientia pura.

Et si aut probent  
non habere. Noue  
aliter fit a vno  
fiteat. nō solum  
Deet eni actui q̄  
exstimatione ne  
stri altari. Cōg  
o dñm veneret  
dñi vbi mīca p  
De castimon  
pena permit  
ē nō terrare cōiug  
monē. Sicut plerū  
mūteratū cōiugū  
nis erogantū impo  
deesse nō soleat si l  
Seco intelligere debe  
nō p̄e lex aboleri nō  
est. Sicut culx est  
legis est in cōiugio  
cor esse vituatiōis  
p̄offensū aut ebt  
nec vllō cōiugali co  
egri corpore inco  
cōsortio coniuga  
Sicut eo nō pre  
leis / cum ministe  
filios susceperunt  
quanto per intern  
Ex tamen castificat  
aut monū. vt ad sa  
nō testamento legim

Et hi autē probent̄ primū. ⁊ sic ministrent/ nullū cri-  
men habētes. Nouertim⁹ quāta ī nobis requirāt. vt  
abstinēs sit a vino minister dñi. vt testimonio bono  
fulciat̄. nō solū fidelīū/ s; etiā ab his qui foris sunt.  
Decet enī actū operūq; nostroz/ testē esse publicam  
existimatiōē. ne deroget̄ muneri. vt qui videt mini-  
strū altaris/ cōgruis ornatū virtutib⁹/ autorē p̄dicz  
⁊ dñm veneret/ qui tales seruos habeat. Laus enī  
dñi/ vbi mūda possessio/ ⁊ inocens familie disciplina.

De castimonia autē quid loquar/ qm̄ vna tm̄/ nec re-  
petita permittit̄ copula? Et in ip̄o ergo cōiugio lex  
ē/ nō iterare cōiugiū. nec secūde cōiugis sortiri cōiun-  
ctiōē. Quod plerisq; mirū videt̄/ cur etiā an̄ bap-  
tis-  
mū/ iterati cōiugiū ad electionē numeris ⁊ ordinatio-  
nis p̄rogatiuā impedimenta generent̄/ cū etiā delicta  
obesse nō soleāt/ si lauacri remissa fuerint sacramēto.  
Sed intelligere debemus/ quia bap-  
tismo culpa dimit-  
ti p̄t. lex aboleri nō p̄t. In coniugio/ nō culpa/ s; lex  
est. Quod culpe est igit̄/ in bap-  
tismate relaxat̄. quod  
legis est in cōiugio/ nō soluit. Sūo autē potest hortator  
esse viduitatis. qui ip̄a cōiugia frequentauerit?  
Inoffensuz autē exhibendū/ ⁊ immaculatū ministeriū  
nec ullo cōiugali cetu violandū cognoscitis/ qui in  
tregri corpore/ incorrupto pudore/ alieni etiā ab ip̄o  
cōsortio coniugali/ sacri misterii gratiam recepistis.  
Quod eo nō preterii/ quia in plerisq; abdicioribus  
locis/ cum ministerium gererent/ vel etiam sacerdotiū  
filios susceperunt. ⁊ id tanq̄ vsu veteri defendunt.  
quando per interualla dierum sacrificium deferebat̄  
Et tamen castificabatur etiam populus per biduum  
aut triouū. vt ad sacrificiū pur⁹ accederet. vt ī vete-  
ri testamento legimus. ⁊ lauabat vestimenta sua.

Si in figura tāta obseruātia/quāta in veritate? Dis  
ce sacerdos atq; leuita/ q̄o sit lauare vestimenta tua.  
vt mundoū corp⁹/ celebrādis exhibeas sacramētis. Si  
popul⁹ sine ablutōe vestimētōz suoz. phibebat accē  
dere ad hostiā suā/ tu illoctus mēte/ pariter ⁊ corpore/  
audes ꝑ aliis supplicare/ audes ꝑ aliis ministrare?

Non mediocre officiū leuitaz/ de quib⁹ dicit dñs  
Ecce eligo leuitas de medio filioz israhel/ pro dī pri  
mo genito aperiente vuluā in filius israhel. redēptio  
nes eoz/ erunt isti. ⁊ erūt mihi leuite. Adibi enī sancti  
ficauit primogenitū i terra egypti. Cognouim⁹/ quia  
nō inter ceteros leuite computant⁹ sed dōibus ꝑferun  
tur/ qui eligunt⁹ ex dōibus. ⁊ sanctificant⁹ vt primoge  
nita fructuū atq; primitie. que dño deputant⁹. i qui  
bus est votoz solutio/ ⁊ redemptio peccatorū. Non  
accipies eos (inquit) inter filios israhel. ⁊ cōstitues  
leuitas super tabernaculū testimonii/ ⁊ super dīa va  
sa ei⁹ astare/ ⁊ super ea q̄cunq; sunt in eo. Ipsi tollāt  
tabernaculū/ ⁊ dīa vasa eius. ⁊ ipsi ministrēt in eo. ⁊  
in circuitu tabernaculi castra ipsi cōstituant⁹ ⁊ ꝑ mouē  
do/ tabernaculū ipsi deponāt leuite. ⁊ cōstituēdo castra  
rursūm ipsi tabernaculū ipsi statuāt. Alienigena qui  
cūq; accesserit/ morte moriat⁹. Tu ergo electus ex dñi  
numero filioz israhel. inter sacros fruct⁹ quasi pri  
mogenit⁹ estimat⁹. ꝑposit⁹ tabernaculo/ vt ꝑtendas  
i castris s̄cītatis ⁊ fidei ad q̄ si alienigena accesserit  
morte moriet⁹. posit⁹ vt operias archā testamētī. Nō  
enī oēs alta misterioz vidēt. q̄a operiūt a leuitis. ne  
videāt q̄ videre non debēt. ⁊ sumāt q̄ seruare nō pos  
sunt. Adoyse deniq; circumcisionem vidit spīrita  
lem. sed operuit eā. vt in signo/ circumcisionem ꝑe  
scriberet. Vidit ⁊ a sima veritatis ⁊ sinceritatis.

the passionem  
sima veritate. C  
niti immolatione  
rium fira sue sub  
quod consumit e  
est sapientie. con  
quod est iustitie.  
aris. quod est for  
sorbium preses.  
Quartus tract  
nestorum inter se  
tas tres continet.  
Et virt  
etia hi q  
periore o  
sapientia  
quod manere nō p  
menti aut Christi  
pietie. vt Salom  
ac timor dñi. Et le  
ges proximū aut  
officia in societate  
mi illud decorū est  
mētē tā q̄ nihil  
ueris auctori rebū  
adumeta hōim o  
aut peccata/ aut of  
te pater i vrb mlti  
deligatū liberes. C  
tūc amittere qui  
Sed interuim  
conuatio fit aut q

Vidit passionem dñi. Uperuit a simis corporalibus /  
 a sima veritatis. Uperuit passionem dñi / agni vel vi  
 tuli immolatione. Et boni leuiter seruauerunt miste  
 rium fidei sue sub hoc tegmine. ⁊ tu mediocre putas /  
 quod commissum ē tibi? Irimū / ut alta dei videas. qđ  
 est sapientie. deinde / ut excubias p̄ populo deferas.  
 quod est iusticie. Castra defendas. tabernaculūq; tue  
 aris. quod est fortitudinis. Te ipsum continentem ac  
 sobrium prestes. quod est temperantie.

Quartus tractatus de comparatione duorum ho  
 nestorum inter se. vnicum habet capitulū / quod par  
 tes tres continet.

**H**ec virtutū genera principalia / cōstituerūt  
 etiā hi qui foris sunt. Sed cōmunitatis / su  
 periorē ordinē q̄ sapientie / iudicauerūt. cū  
 sapientia fundamentū sit / iusticia op̄ sit /  
 quod manere nō p̄t / nisi fundamentū habeat. Funda  
 mentū autē Christus ē. Irima ergo fides est. que ē sa  
 pientie. ut Salomō dicit secus patrē. Initiū sapien  
 tie timor dñi. Et lex dicit / diliges dñm deū tuū / dili  
 ges proximū tuū. Dulchrū ē enim / ut gratiā tuā atq;  
 officia in societate humani generis cōferas. Sed pri  
 mū illud decorū est / ut quod habes p̄ciosissimū / hoc ē  
 mētē tuā (q̄ nihil hēs p̄stantis) deo deutes. Cū sol  
 ueris autori debitū / licet ut opera tua ī beneficētiā / ⁊  
 adiūmēta hoīm cōferas. atq; op̄ feras necessitatib;  
 aut pecūia / aut officio / aut etiā quocūq; mūere. qđ la  
 te patet ī vrō misterio. Pecūia / ut subuenias. debito  
 obligatū liberares. Officio / ut seruāda suscipias / q̄ me  
 tuit amittere qui deponenda credidit. Officiū est igit̄

Sed interdum (cur depositū seruare. ac reddere.  
 cōmutatio fit / aut tpe / aut necessitate ut nō sit officii

reddere quod acceperis. Ut si quis cōtra patriā/opē  
barbaris ferēs/pecuniā apert⁹ hostis reposcat/ aut si  
tūc reddas/ cū assit q̄ extorq̄at/ si furētū restituas/ cū  
seruare nō q̄at/ si isanti gladiū depositū nō neget  
quo se ille interimat/ nōne soluisse/ contra officiū est?  
Si furto quesita/ sciens suscipiat/ vt fraudet q̄ amise  
rat/ nōne cōtra officiū est? Est etiā cōtra officiū non  
nūq̄ promissum soluere. sacramentū custodire. vt be  
rodes/ qui iurauit qm̄ quicq̄d petitus esset daret filie  
berodiadis. ⁊ necem Joannis p̄stitit. ne p̄missum ne  
garet. Nā de Iep̄te quid dicam/ qui imolauit filiam  
suā/ que sibi victori prima occurrerat quo votū im  
pleret quod spopōderat / vt quicquid sibi primū oc  
currisset/ offerret deo? Melius fuerat nihil tale p̄mit  
tere q̄ promissum soluere parricidio.

Hec quanti sit cōsiliū p̄spicere/ nō ignoratis. Et  
ideo eligatur leuita qui sacrariū custodiat/ ne fallat  
cōsilio/ ne fidē deserat/ ne mortē timeat / ne quid intē  
perātus gerat. vt specie ip̄a grauitatē p̄ferat. nec so  
lū animū/ sed etiā oculos cōtinentes habere quē deceat  
ne vel ip̄e frōtem sobrietatis/ fortuit⁹ violet occurr⁹  
Eū qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā/ iā adul  
terauit eā in corde suo. Ita vt adulteriū/ nō solū fac  
ti colluione/ sed etiā aspectus intēcione cōmittatur.  
Magna hec videant. ac nimis seuera. sed in magno  
munere nō superflua. qm̄ tanta est leuitarū gratia/ vt  
de his Moyses in benedictionib⁹ diceret. Date leui  
veros eius. date leui manifestos eius. date leui for  
tem suffragiū sui. et veritates eius viro sancto/ quē  
temptauerunt in temptationibus. maledixerunt su  
per aquam contradictionis. Cui dicit patri suor ma  
tri sue / non noui te / ⁊ fratres suos non cognouit /

filios suos abou  
niti tū cōsentat  
nihil in corde col  
suo verba eius cu  
sicut conferebat  
suo non nouerunt  
castitatis. p̄uoc  
officiorū tēpora  
tū aptum tempo  
honestum est. fan  
na est/ proponen  
quis ergo manifest  
nece domine vira  
que vt gratiam pr

Ambrosi uxor  
honesto officio  
oris differunt/ qm̄

Secundus in que  
sequendum beatam  
vires diuinitate

Tractatus pri  
mi/ non corporis  
quid afferre ualēt  
capitula.

Capitulum prim

et filios suos abdicauit/hic custodiet uerba tua. et testa  
 mentum tuum obseruabit. Illi ergo ueri eius et manifesti eius/qui  
 nihil in corde doli habeant. nihil fraudis occultent.  
 sed uerba eius custodiant. et in corde suo conferant/  
 sicut conferebat et Maria. qui suos parentes officio  
 suo non nouerint preferendos. qui uolutores oderint  
 castitatis. pudicitie uiscantur iniuriam. nouerint  
 officiorum tempora. quod maius/quod minus sit. quod  
 cui aptum tempore est. et ut id solum sequatur/quod  
 honestum est. sane ubi duo honesta/ id quod honesti  
 us est/preponendum putent. hi iure benedicti. Si  
 quis ergo manifeste iustitias dei/incensum ponat/ be  
 nedic domine uirtutem ipsius. opera manuum eius sus  
 cipe. ut gratiam prophetice benedictionis inueniat.

**A**mbrosii doctoris eximii Liber primus in quo de  
 Honesto/Officiisque a fontibus quattuor honesti ex  
 oris differitur/Finit feliciter.

**S**ecundus in quo de utili/Officiisque ad uitam com  
 sequendum beatam ualibus disputatur/incipit. et in  
 duos diuiditur Tractatus.

**T**ractatus primus ostendens solas uirtutes ani  
 mi/non corporis et externa que putantur bona / alt  
 quid afferre utilitatis ad uitam beatam/six continet  
 capitula.

**C**apitulum primum duas habens partes.

**S**uperiore libro / de Officiis tractaui  
mus que conuenire honestati arbitra  
remur. in qua vitā beatam positā esse  
nulli dubitauerunt. quā scriptura ap  
pellat vitā eternā. Tantus enim splē  
dor honestatis est / vt beatā vitā effi  
ciant / trāquillitas conscientie / ⁊ securitas innocentie.  
Et ideo sicut exortus sol / lune globum ⁊ cetera stella  
rum abscondit lumina / ita fulgor honestatis / vbi ve  
ro ⁊ incorrupto vibrat decore / cetera que putantur  
bona / secundū voluptatē corporis / aut secundū secu  
lū clara ⁊ illustria / obumbrat.

Beata plane / que nō alienis estimat̄ iudiciis. sed  
domesticis percipit̄ sensibus / tāq̄ sui iudex. Neq̄ enī  
populares opiniones / pro mercede aliqua requirit /  
neq̄ p̄ supplicio pauet. Itaq̄ quo minus sequit̄ glo  
riā / eomagis super eam imminet. Nam qui gloriam  
requirūt / his ea merces p̄sentīū umbra futuroꝝ ē / q̄  
ipediat vitā eternā. Quod in euāgelio scriptū ē. Amē  
dico vobis / perceperūt mercedē suā. De his scilicet / q̄  
velut tuba canēdo / vulgarē liberalitatē suā quā faci  
ūt circa pauperes / gestiūt. Similiter ⁊ de ieiunio. quod  
ostentatōis cā faciūt. Habent (inq̄t) mercedē suā. Ho  
nestatis igit̄ est / vel misericordiā facere / vel ieiuniū  
deferre. in abscondito. vt mercedē videaris a solo deo  
tuo q̄rere. nō etiā ab hōibus. Nā qui ab hōibꝯ q̄rit /  
habet mercedē suā. Qui autē a deo / habet vitā eternā /  
quā prestare nō p̄t / nisi autor eternitatis. Sicut illō  
ē. Amen dico tibi / hodie mecū eris in paradiso. Unde  
expressi9 / scriptura vitā eternā appellauit eā que sit  
beata / vt nō hominū opinionibus estimandum relin  
queretur / sed diuino iudicio committeretur.

Capitulum sec  
Itaq̄ philoso  
to poluerit  
vt Merilla. Gal  
mirabiliter laud  
mū bonū polue  
lauauerunt. Al  
Alu / vt Callip  
cari fani / vt alte  
coloris. Coloris  
non possit esse be  
num hominū que  
thoofrahus ⁊ ceter  
et honestate vitā  
uine etiā corpor  
Scriptura autē di  
sunt diuinitatis /  
veritas assertio  
Nā ⁊ de scientia i  
tem vitā eternā /  
⁊ que misisti Jelu  
pōdit. Omnis que  
sorores / aut pater  
hos / aut agros p  
cipiet. ⁊ vitam  
⁊ ne estimet be  
euāgelio p̄dicati  
etico / ⁊ theoofra  
steriores prophet  
nomen audiret / p  
uocatur expressi9  
quam tu erudieris

Capitulum secundum Tres habens partes.

**I**Taq̄ philosophi / vitam beatam / alii in nō dolē  
do posuerūt. vt Hieronimus. Alii in rerū sciētia  
vt Herillus. Sui audiens ab Aristotele / ⁊ theofrasto  
mirabiliter laudatā esse rerū sciētiā / solā eā q̄ si sum  
mū bonū posuit. cū illi / eā q̄ si bonū / nō q̄ si solū bonū  
laudauerunt. Alii voluptatē dixerunt. vt Epicur⁹ .  
Alii / vt Callipho / ⁊ post eum Diodorus / ita interpre  
tati sunt / vt alter ad voluptatē / alter ad vacuitatem  
doloris: cōfortiū honestatis adiungerent / q̄ sine ea  
non possit esse beata vita. Zenon stoicus / solū ⁊ sum  
mum bonum / quod honestum est. Aristoteles autē vel  
theofrastus ⁊ ceteri peripaterici / in virtute quidē hoc  
est honestate / vitā beatā esse / sed compleri eius beati  
tudinē / etiā corporis atq̄ externis bonis asseruerūt.  
Scriptura autē diuina / vitam beatā in cognitione po  
suit diuinitatis / ⁊ fructu bone operationis . Deniq̄  
vtriusq̄ assertionis euangelicū suppetit testimoniū .  
Nā ⁊ de sciētia ita dicit dominus Iesus . Hec est au  
tem vita eterna / vt cognoscant te solum verum deū .  
⁊ quē misisti Iesum Christum . Et de operibus ita res  
pondit . Omnis qui reliquerit domū / vel fratres / aut  
sorores / aut patrem / aut matrem / aut uxorem / aut fi  
lios / aut agros propter nomen meum / centuplum ac  
cipiet . ⁊ vitam eternam possidebit .

Sz ne estimet hoc recēs eē / ⁊ pri⁹ tractatū a phīs q̄ i  
euāgelio p̄dicatū / āteriores euāgelio phī / idest Aristo  
teles / ⁊ theofrast⁹ / vel zenon / atq̄ Hieronim⁹ / sed po  
steriores prophetis / accipiant q̄ longe / anteq̄ phōz  
nomen audiret / per os sancti Dauid vtrunq̄ aperte  
videatur expressum . Scriptum ē enim . Beat⁹ homo /  
quem tu erudieris dñe . ⁊ de lege tua docueris eum .

Habemus 7 alibi. Beatus vir qui timet dñm in mā  
datis eius cupiet ntmis. Docuimus de cognitione. cu  
ius prēmīū/eternitatis fructū esse memorauit aduica  
ens ppheta/ quia in domo huius timentis dñm/ vel  
eruditi in lege/ 7 cupientis in mandatis diuinis/ glo  
ria 7 diuitie. 7 iusticia eius manet in seculū seculi. De  
operibus quoq; in eodem psalmo subiunxit vite eter  
ne suppetere premiū viro iusto. Deniq; ait. Beatus vir  
qui miseret 7 cōmodat. disponet sermones suos i iu  
dicio. quia in seculū nō cōmouebit. in memoria eter  
na erit iustus. Et infra. Dispersit dedit pauperibus.  
iusticia eius manet in eternum.

Habet ergo vitā eternā fides. quia fundamentū ē  
bonum. Habent 7 bona facta. quia vir iustus 7 dic  
tis 7 rebus probat. Nā 7 si exercitatus sit in sermo  
nibus/ 7 desidiosus in operibus/ prudentiā suā factis  
repellit. Et graui9 est scire quid facias/ nec fecisse qđ  
faciendū cognoueris. Cōtra quoq; strenuū esse i ope  
ribus/ affectu infidum/ ita est/ ac si vitioso fundamē  
to/ pulchra culminū velis eleuare fastigia. quo plus  
struxerit/ plus corruit. quia sine munimento fidei /  
opera nō possunt manere. Infida statio in portu/ na  
uim perforat. 7 arenosum solū/ cito cedit. nec p̄t ip̄o  
site edificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo  
premiū/ ubi virtutū perfectio. 7 quedam in factis ac  
q; dictis equalitas sobrietatis.

Capitulum tertium Vnam partem continens.

**E**t quoniā sola rerū sciētia explosa ē/ vel quasi  
ianis secūndū pb̄ie disputatōes superfluas/ vel  
quasi semiperfecta sentētia/ cōsideremus qđ enodem de  
eo scriptura diuina absoluat sententiam / de quo tā  
multiplices / et implicatas / atq; confusas videmus

questiones esse phie. Nihil enim bonū scriptura (nisi quod honestū) asserit. virtutēq; in omni rerū statu beatā iudicat/ que neq; augeat bonis corporis vel externis/ neq; minuat aduersis. Nihil tam beatū/ nisi quod a peccato alienū sit. plenū innocentie. repletum gratie dei. Scriptū est enī. Beatus vir/ qui nō abiit ī cōsilio impiorū/ ⁊ in via peccatorū non stetit. ⁊ in caedera pestilentie nō sedit. sed in lege dñi fuit voluntas eius. Et alibi. Beati immaculati in via. qui ambulat in lege dñi. Innocentia igitur ⁊ scientia/ beatum faciunt. Bone quoq; operationis mercedem/ esse beatitudinem vite eterne/ superius aduertimus.

Capitulum quartum Vnam partem continēs.

**B**Estat igitur/ vt spreto patrocinio voluptatis aut doloris metu (quorū alterz quasi infractū ⁊ molliculum alterum quasi euiratum ⁊ infirmū despuuit) in ip̄is doloribus vitā beatam eminere demonstrum. Quod facile doceri potest/ cum legerimus/ beati estis/ cum vobis maledicent/ ⁊ persequentur/ ⁊ dicent omne malum aduersus vos/ propter iusticiā. gaudete ⁊ exultate. qm̄ merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt ⁊ pphetas/ qui erāt ante vos. Et alibi. Sui vult venire post me/ tollat crucem suam. ⁊ sequatur me. Est ergo beatitudo in doloribus. quos plena suauitatis virtus comprimit ⁊ coercet. ipsa sibi domesticis opibus abundans/ vel ad conscientiā/ vel ad gratiam. Neq; enim parum beatus/ Moyses/ cum egiptiorum vallatus populis / ⁊ mari clausus/ per fluctus sibi ⁊ populo patrum / pedestrem viam piis meritis inuenisset. Quando autem fortior q̄ tunc / cum extremis circumuentis periculis/ non desperabat salutem / sed exigebat triumphum ?

Quid Aaron? Sñ beatiorē se credidit / q̄ tunc / qm̄ me  
dius stetit inter uiuos ac mortuos / ⁊ obiectu sui sta  
tuit mortem / ne ad uiuorum transiret agmina a cada  
ueribus mortuorum? Quid de puero Daniel loquar /  
qui tam sapiens erat / ut inter leones fame exaspera  
tos / nulla bestialis seuitie frāgeretur formidine? Ita  
alienus a metu / ut posset epulari / nec vereret ne ad  
pastū exemplo sui feras prouocaret? Est ergo ⁊ i do  
lore virtus . que sibi bone suauitatem exhibeat con  
scientie . ⁊ ideo in dicto est / q̄ non minuat dolor / vir  
tutis voluptatem.

Capitulum quintum Duas habens partes.

**S**icut ergo nulla virtuti decessio beatitudinis per  
dolorem / ita etiā nulla accessio per voluptatem  
corporis aut commodoz grā. De quib⁹ pulchre apo  
stol⁹ ait. Sive mihi lucra fuerūt / hec duxi ppter Chri  
stū detrimenta esse. Et addidit / ppter quē oīa dam  
na duxi . ⁊ estimo ut stercora . ut Christū lucrificā .  
Deniq; Moyses damnum suū credidit thesauros esse  
egyptioz . ⁊ obprobriū dñice crucis p̄tulit . nec tunc  
diues / cū abundaret pecunia . nec postea pauper / cum  
egeret alimento . nisi forte tunc alicui minus beatus  
videretur fuisse / cū in deserto quotidiana alimonia  
sibi ⁊ populo suo deforet. S; quod summi boni ac be  
atitudinis nemo negare audeat / māna ei (hōc ē panis  
angelorū) mīstrabat e celo . carnis quoq; quotidiana  
pluuia totius plebis epulis redūdabat. Hec quoq;  
scō panis ad victū deerat / si quereretur . sed non vide  
batur deesse / quia non querebatur. Itaq; diurno cor  
uoz obsequio / mane panis / caro ad vesperā defereba  
tur. Nūquid ideo min⁹ beat⁹ / quia erat pauper sibi?  
Adinime . Jammo magis eo beatus / q̄a erat deo diues

Nilis enim esse quæ sibi diuitem/prestat. ut iste erat/quæ  
 tempore famis cibum a vidua petebat/largiturus ei/  
 ut ioria farine per triennium et sex menses non deficeret  
 et ad quotidianos usus/olei vas vidue inopi suffice  
 ret ac ministraret. Merito ibi volebat Petrus esse/  
 ubi istos videbat. Merito in monte cum Christo in  
 gloria apparuerunt/quia et ipse pauper factus est/cum  
 diues esset. Nullum ergo amiculum prestant diuitie  
 ad vitam eternam. Quod euidenter dominus demonstrauit in  
 euangelio/dicens. Beati pauperes. quoniam vestrum est reg  
 num dei. Beati qui nunc esuriunt et sitiunt. quia saturabuntur.  
 Beati qui nunc fletis. quia ridebitis.

Itaque paupertatem/famem/dolorum/ que putantur  
 mala / non solum impedimento non esse ad vitam bea  
 tam/ sed etiam adiumento / euidentissime pronuncia  
 tum est. Sed et illa que videntur bona/ diuitias/ satietate  
 tem/ letitiam/expertem doloris/ detrimento esse ad fru  
 ctum beatitudinis / dominico declaratum iudicio li  
 quet. cum dicitur. De vobis diuitibus. qui habetis  
 consolationem vestram. De vobis qui saturati estis  
 quia esurietis. Et illis qui ridet. quia lugebunt. Sic  
 ergo non solum amiculo non sunt ad beatam vitam/  
 corporis aut externa bona/ sed etiam dispedio sunt.  
 Inde enim beatus Habuthe etiam cum lapidaretur a  
 diuite. quia pauper et infirmus / aduersum opes regi  
 as solo erat affectu et religione diues. ut pecunia re  
 gali non commutaret paterne vinee hereditatem. eo  
 quod perfectus / quia sanguine proprio defenderet iura  
 maiorum suorum. Inde quoque miser achab etiam suo  
 iudicio. qui pauperem necari fecerat/ ut eius posside  
 ret vineam.

Capitulum sextum Duas habens partes.

**Q**ertum est / solum ⁊ summum bonum / virtutem esse. eamq; abundare solum ad vite fructum beatæ. nec externis aut corporis bonis / sed virtute sola vitam prestari beatam / per quam vita eterna acquiritur. Vita enim beata fructus presentium. vita autem eterna spes futurorum est.

Et sunt tamen qui in corpore tam infirmo / tam fragili / impossibile vitam beatam putant. in quo necesse est angere: dolere / deplorare / egrescere. quasi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam consistere. ⁊ non in altitudine sapientie. suauitate conscientie. virtutis sublimitate. Non enim in passione esse / sed victorem passionis esse / beatum est. nec frangi temporalis metu doloris. Nonne accidere hec / que grauiata vim doloris ferunt / cecitatem / exilium / famem / stuprum filie / amissionem liberorum. Quis neget beatum esse Isaac / qui non videbat in senectute ⁊ beatitudines / suis benedictionibus conferbat. An non beatus Jacob / qui profugus patria domo / mercenarius pastor / exilium sustinuit / filie pudicitiam ingemit esse temerata / famem percussit. Non ergo beatorum fide / deus accepit testimonium / cum dicit / deus abrahamam / deus Isaac / deus Iacob. Misera est seruitus / sed non miser Ioseph / immo plane beatus / cum domine libidines in seruitute positus coerceret. Quid de sancto dauid loquar / qui crucem filiorum deplorauit obitum / ⁊ quod his durius / incestum filie. Quid non beatus / de cuius successione / beatitudinis autor exortus est / qui plurimos fecit beatos. Beati enim qui non viderunt / ⁊ crediderunt. Fuerunt ⁊ ipsi in sensu infirmitatis / sed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid laboriosius autem sancto Job / vel in domus incendio vel filiorum decem interitu momentario / vel in doloribus corporis.

Nunquid minus beatus / quæ si illa non perculisset / in quibus  
 magis probatus est. Esto tamen fuisse in illis aliquid  
 acerbicatis. Quem virtus animi non abscondit dolor? Ne  
 quæ enim profundum mare negauerim / quæ vadosa littora  
 sunt. Neque celum lucidum / quia interdum obtexit nubibus.  
 Neque terram fecundam / quia aliquibus locis ieiuna est gla  
 rea. Aut letas segetes / quia inter mixtam solent habere  
 sterilem auenam. Similiter puta beate messem conscientie /  
 interpellari aliquo acerbico doloris. Nonne totius ma  
 nipulis beate vite si quid forte aduersi accidit atque  
 amaritudinis / tanquam sterilis auena abscondit / aut tam  
 quam lolii amaritudo frumenti suauitate obducitur? Sed  
 iam ad proposita pergamus.

Tractatus secundus / quod officia utilia / quæque utiliora  
 a quibusque ducant virtutibus explicatis. xiii. continet capitula  
 Capitulum primum Quattuor habens partes.


 Superiore libro ita diuisionem fecimus / ut  
 primo loco esset honestum ac decorum / a quo  
 officia ducerent / secundo loco quod utile.  
 Et quemadmodum in primo diximus / quia in  
 ter honestum et decorum est quedam distinctio / que ma  
 gis intelligi quam explicari possit / sic et cum utile tracta  
 mus / considerandum videtur quid utilius.

Utilitatem autem / non pecuniarii lucri extirpatione sub  
 ducimus sed acquisitione pietatis. sicut apostolus ait. Pi  
 etas autem ad omnia utilis est / promissionem habens vite presentis  
 et future. Itaque in scripturis diuinis / si diligenter qua  
 rimus / sepe inuenimus / quod honestum est / utile voca  
 ri. Omnia mihi licent. sed non omnia sunt utilia. Su  
 pra de vitiis loquebatur. Hoc ergo dicit. Licet pec  
 care. sed non decet. In potestate sunt peccata. sed non  
 sunt honesta. Luxuriari promptum est. sed non iustum.



ut Christum lucremur. cuius questus pietas est / cum  
sufficiencia. Magnus profecto questus / quo pietatē  
acquirimus. q̄ apud deū diues est. nō caducis facul  
tatib⁹ / sed munerib⁹ eternis. in q̄bus nō tēptatio lu  
brica / sed cōstans ⁊ perpetua sit gratia.

Est igit̄ utilitas alia corporalis / alia pietatis. si  
cut diuisit apostol⁹. Corporalis enim exercitatio ad  
modicū (inquit) utilis est. Pietas aut̄ ad omnia vri  
lis est. Suid aut̄ tā honestū / q̄ integritas? Suid tam  
decorū / q̄ immaculatū seruare corpus / ⁊ inuiolatum  
atq; intaminatū pudorē? Suid etiā tam decorū / q̄ ut  
vidua vxor defuncto cōiugi fidem seruet? Suid etiā  
hoc est utilius / quo regnū celeste acquirit? Sunt enī  
qui se castrauerūt p̄pter regnū celoꝝ. Est igitur nō  
solū familiare cōtubernium honestatis ⁊ utilitatis /  
sed eadem quoq; utilitas / que honestas. Et ideo ille /  
qui regnū celoꝝ volebat omnibus aperire / nō quod  
sibi utile querebat / s; quod omnib⁹. Unde ordo qui  
dem ⁊ gradus nobis faciendus est / etiā ab his visita  
tis ⁊ cōmuniū / ad ea que sunt precellentia. ut ex  
pluribus / utilitatis colligamus profectum.

Capitulum secundum Quattuor habēs partes.

**A** primū nouim⁹ nihil tā utile q̄ diligi. nihil  
tā inutile q̄ nō amari. Nā odio haberi / exiciale  
ac nimis capitale arbitror. Itaq; id agam⁹ / ut omni  
sedulitate omendemus estimationē opinionēq; nrām  
Ne primū placiditatē mētis / ⁊ animi benignitatē / in  
fluamus in affectum hoīm. Popularis enim ⁊ grata  
est oībus bonitas. nihilq; quod tam facile humanis  
illabatur sensibus. Ea si mansuetudine morum / ac fa  
cilitate animi / moderatione hēpti / ⁊ affabilitate ser  
monis / verboꝝ honore / patienti quoq; sermonū vice

modestieq; inuetur gratia / incredibile quantū proce-  
dit ad cumulum dilectionis.

Legimus enim / non solum in priuatis / sed etiā in  
ip̄is regibus / quantū facilitas blande affabilitatis  
profecerit. aut superbia verborūq; obfuerit tumor. vt  
regna ip̄a labefactaret. ⁊ potestātē solueret. Jam si  
quis cōsilio / vsu / ministerio / officijs / popularē com-  
p̄hendat gratiā / aut si quis periculū suū pro vniuer-  
sa plebe offerat / non est dubiū / q̄ tñ caritatis a ple-  
be in eum refundat / vt populus salutē eius ⁊ gratiā  
sibi preferat. Quātas Moyses a populo illatas ab-  
sorbebat cōtumelias / ⁊ cū dñs in insolentes vindica-  
re vellet / se tñ pro populo offerebat frequēter / vt in  
dignationi diuine plebem subduceret? Quē miti sermo-  
ne post iniurias appellabat populū / cōsolabat in la-  
boribus / deliniabat oraculis / fouebat operibus. Et  
cū deo constanter loqueret / homines tñ humili ⁊ gra-  
ta appellatione / affari solebat. Merito existimatus  
est supra homines. vt ⁊ vultui eius nō possent inten-  
dere / ⁊ sepulturā ei⁹ nō repertā crederēt. Quia sic sibi  
toti⁹ plebis mētes defunxerat / vt plus eū p̄ māsue-  
tudine diligerent / q̄ pro factis amirarentur.

Quid eius imitator sanctus Dauid / electus ex om-  
nibus ad plebē regendā / q̄ mitis / ⁊ blandus / humilis  
sp̄ritu / seculus corde / facilis affectu? Ante regnū se  
pro omnibus offerebat. rex cū omnibus equabat suā  
militiam. ⁊ partiebat laborem / fortis in prelio / man-  
suet⁹ in imperio / patiens in cōuitio / ferre magis prōp-  
t⁹ q̄ referre iurias. Ideo tā car⁹ erat omnib⁹ / vt in-  
uenis ad regnū etiam inuitus peteretur. resistēs cogē-  
retur. senex ne prelio interesset / a suis rogarēt. q̄ mal-  
lent omnes pro ip̄o peccitari: q̄ illū pro omnibus.

Ita sibi gratis officiis plebē obligauerat. Primum / ut  
 in discordiis populi / exulare in ebron mallet: quā reg  
 nare in hierusalem. Deinde / ut etiā in hoste positam  
 virtutē diligeret / iustitiā etiā his qui arma cōtra se  
 tulerant eque ac suis prestandā putaret. Deniq; for  
 tissimū aduerse partis propugnatorem Abner ducē /  
 et inferentem prelia / miratus est. et orantez pacis gra  
 tiam / non aspernatus honorauit cōiuiuo. Interemp  
 tum insidijs doluit. et fleuit. persecutus exequias ho  
 nestauit. mortē vltis / conscientie fidem prestitit. quā  
 filio inter hereditaria iura transcribit. magis sollici  
 tus ne innocentis mortē inultā relinqueret / quā quo su  
 am mortē doleret. Non mediocre istud presertim in  
 rege / sic obedire humilitatis munita / ut cōmunē se ex  
 hiberet etiā infimis. alieno periculo cibū nō querere  
 potum recusare. peccatū fateri. seq; ipm pro populo  
 afferre morti. ut in se diuina indignatio cōuerteret /  
 cum ferenti angelo offerens se diceret. Ecce sum ego  
 qui peccaui. et ego pastor malū feci. et iste grex quid  
 fecit? fiat manus tua in me. Nam quid alia dicā / quā  
 dolum meditantibus / nō apertebat os suum / et tanquā  
 non audiēs / nullū sermonem referendū putabat? Nō  
 respondebat cōiuiis. cum sibi derogaret / orabat. cui  
 malediceret / benedicebat. Ambulans in simplicitate.  
 superbos fugitās. sectator immaculatorū. qui cinerē  
 miscebat alimentis suis / cum peccata propria deplo  
 raret. et potum suū temperabat fletibus. Merito sic  
 expectus est ab vniuerso populo / ut venirent ad euz  
 omnes tribus israhel. dicentes. Ecce nos ossa tua et  
 caro tua sumus. heri et nudius tertius / cū esset saul et  
 regnaret super nos / tu eras quā pducebas et iducebas Is  
 rabel. Et dixit tibi dñs / tu pasces populum meum.

Et quid plura de eo dicā/ de quo huiusmodi dei pro  
cessit sententia/ vt de eo diceret/ inueni Dauid secundū  
cor meū? Quis enim in sanctitate cordis ⁊ iustitia si  
cut iste/ ambulauit. vt impleret voluntatē dei. ppter  
quē ⁊ delinquentib⁹ posteris eius venia data/ ⁊ pro  
gratua est seruata hereditas? Quis igit nō diligeret  
eū/ quem videbat ita carum amicis / vt quia ipse sin  
cere amicos diligebat/ eque diligi se a suis amicis ar  
bitraret? Deniq; parentes eū filius suis/ filii prefere  
bāt parentibus. Unde grauitur indignatus Saul/ per  
cutere Ionatham filium basta voluit. quia pluris a  
pud eum valere Dauid amicitia iudicabat/ q̄ vel pie  
tatem suā/ vel auctoritatem paternam.

Et tunc ad incentiū caritatis cōmunis plurimuz  
proficit/ si quis vicem amantibus reddat. nec minus  
amare se probet q̄ ipse amat. idq; amicitie fidelis fa  
ciat exēplis. Quid enī tā populare q̄ grā? Quid tā in  
sicū nature/ q̄ vt diligentē diligas? Quid taz inlicitū  
atq; imp̄ssū affectibus humanis/ q̄ vt eū amare in  
ducas in anmū/ a quo te amari velis? Merito sapi  
ens dicit. Perde pecuniā ppter fratrem ⁊ amicum. Et al  
bi. Amicum salutare nō erubescā. ⁊ a facie illi⁹ nō me  
abscondā. Siquidē vite ⁊ immortalitatis medicamē  
tū/ in amico esse/ ecclesiasticus sermo testat. ⁊ summū  
in caritate prestidū nemo dubitauerit/ cū apostolus  
dicat/ omnia suffert/ omnia credit/ oīa sperat/ oīa su  
stinet. Caritas nūq; cadit. Ideo dauid nō cecidit. q̄  
car⁹ fuit oīb⁹. ⁊ diligi a subiectis q̄ timeri maluit.  
Timor enī tēporalis/ tutaminis seruat excubias. nes  
cit diuturnitatis custodiā. Itaq; vbi timor recesserit  
audacia obrepit. qm̄ fidē nō timor cogit. s; affect⁹ ex  
bibet. Prima ergo ad cōmendationem nrī ē caritas.

Bonum est ergo testimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides. ut committere se tuo affectui non vereantur/etiam alieni/quem pluribus carum aduerterint. Similiter etiam per fidem ad caritatem peruenitur. ut qui vni aut duobus prestiterit fidem/canq̄ influat in animos vniuersorum. ⁊ omnium acquirat gratiam. Duo igitur hec ad commendationem nostri plurimum operantur caritas ⁊ fides. ⁊ tertium hoc si habeas/ quod in te admiratione dignum pleriq̄ existiment/ ⁊ iure honorandum putent.

Capitulum tertium Tres habens partes.

**E**t quia consiliorū vsus maxime conciliat homines/ ideo prudentia ⁊ iusticia in vnoquoq̄ desiderantur. ⁊ ea expectantur a pluribus. ut in quo ea sint/ illi deferatur fides/ quo possit utile consiliū ac fidele desideranti dare. Suis enim ei se committat/ quez non putet plus sapere/ q̄ ip̄e sapiat qui querit consiliū? Necessē est igitur ut prestantior sit/ a quo consilium petitur/ q̄ ille est qui petit. Suid enim consulas hominē/ quem nō arbitraris posse melius aliq̄d reperire/ q̄ ip̄e intelligis. Quod si eum inueneris/ qui viuacitate ingenii/ mentis vigore atq̄ autoritate prestat/ ⁊ accedat eo ut exemplo ⁊ vsu paratior sit presentia soluat/ pericula prospiciat/ futura denūciat imminētia. argumēta expediat/ remediū ferat in tēpore/ parat⁹ sit n̄ solū ad cōsulēdū s; etiā ad subueniēdū huic ita fides habet/ ut dicat q̄ siliū petit: ⁊ si mala mihi enenerint/ per illum sustineo. Huiusmodi igitur viro salutem nostram/ ⁊ existimationem nostram cōmittimus/ qui sit (ut supra diximus) iustus ⁊ prudens. Facit enim iusticia/ ut nullus sit fraudis metus. Facit enim prudentia/ ut nulla erroris suspicio sit.

Promptius tñ nos iusto viro q̄ prudenti omitti-  
mus. vt secundū vsū vulgi loquar. Ceterū sapien-  
tiū definitione/in quo vna virtus est/cōcurrunt cete-  
re. nec potest sine iustitia esse prudentia. Quod etiam  
in nostris inuenimus. Dicit enim Dauid Iustus mi-  
seret. ⁊ fenerat. Quid feneret iustus/alibi dicit. Jocu-  
dus homo qui miseret/ ⁊ cōmodat. disponet sermōes  
suos in iudicio. Ipsum illud nobile Salomonis iudi-  
cium/nōne sapiētie plenū ac iustitie est? Itaq; spec-  
tus illud/si ita est. Due (inquit) mulieres in conspec-  
tu regis Salomonis steterūt. ⁊ dixit vna ad eū. Au-  
di me dñe. Ego ⁊ mulier hec/in vno habitantes cubi-  
culo/ante diem tertū partu edito singulos filios sus-  
cepimus. ⁊ eramus vna. arbiter nullus domi. nec vl-  
la alia nobiscū femina/nisi nos sole. ⁊ mortus est fi-  
lius eius hac nocte/vt obdormiuit super eū. Et surre-  
xit media nocte. ⁊ accepit filium meum de sinu meo.  
⁊ surrexi mane/vt lactarē paruulū. ⁊ inueni mortuū.  
⁊ cōsideraui eū diluculo. ⁊ nō erat filius meus. Et re-  
spondit altera. Nō. sed filius meus est hic/qui viu-  
t. filius autem tuus mortuus est. Et hec erat contentio  
cū vtraq; sibi filium vendicaret supersitem. defunc-  
tum autem suum negaret. Tunc rex iussit afferri ma-  
cherā. ⁊ infantem diuidi. ac singulas partes dari sin-  
gulis dimidiā vni ⁊ dimidiā alteri. Exclamat muli-  
er/q̄ vero erat affectu omota. Nequaquē dñe infantē  
diuidas. det potius illi. ⁊ viuat. ⁊ ne interficias eū.  
At illa respondit altera. Neq; meus neq; huius sit in-  
fans. diuidite eū. Et statuit rex dare infantē ei mulie-  
ri/q̄ dixerat/nolite interficere eū. s; date eū illi mulie-  
ri. q̄a mota sunt (inqt) viscera eius in filio suo. Itaq;  
q̄ nō immerito/estimatus ē intellectus dei in eo esse.

Sūm q̄ occulta sunt/deo inspirāte cognouit. Suid at  
 occultius interiorū viscerū testimonio/in q̄ Sapiētis  
 intellectus/velut quidā pietatis descendit arbiter/ 7  
 velut quādam genitilis alui vocē eruit/qua matern⁹  
 patuit affectus qui eligeret filiū suū vel apud alienā  
 vīuere/ q̄ in conspectu matris necari! Sapiētie igit̄  
 fuit/latentes distinguere cōscientias. ex occultis erue  
 re veritatem. 7 velut quādā machera/ ita spirit⁹ gla  
 dio penetrare non solum vteri/ sed etiā anime 7 men  
 tis viscera. Justitie quoq; / vt que suū necauerat/ alie  
 num non tolleret. sed vera mater reciperet suum. De  
 niq; etiā scriptura hoc pronūciat. Audiuic (inqt)  
 omnis israhel hoc iudicium/ quod iudicauit rex Salo  
 mon. 7 timuerūt a facie regis. eo q̄ intellectus dei ess;̄  
 in eo. vt faceret iusticiā. Deniq; 7 ipse Salomon/ ita  
 poposcit sapientiam/ vt daretur sibi cor prudens au  
 dire/ 7 iudicare cum iusticia. Liquec igitur etiā secū  
 dū scripturā diuinā/ que antiquior est/ sapientiā sine  
 iusticia esse nō posse. quia vbi vnā earū virtutum/  
 ibi vtraq; est. Daniel quoq; q̄ sapiēter alta interro  
 gatione fraudulente accusationis deprehendit mēda  
 cium. vt calumniatorū sibi responsio nō conueniret.  
 Prudentie igit̄ fuit/ vocis sue testimonio reos prote  
 re. Justitie quoq; / nocentes supplicio dare/ innocentē  
 subducere. Est igitur in diuiduū sapientie atq; iusti  
 tie cōtuberniū. sed vulgi vsu/ diuidit̄ vna quedā for  
 ma virtutū. vt temperantia sit in despiciēdis volup  
 tatibus. fortitudo spectet̄ i laborib; 7 periculis. pru  
 dētia in delectu bonorū/ sciens cōmoda 7 aduersa di  
 stinguere. iusticia q̄ sit bona custos iuris alieni. 7 vi  
 dex pprietatis. suū cuiq; cōseruans. Sic igit̄ nobis  
 cōis opinionis grā/ quadrupartita hec facta diuisio

ut ab illa subtili disputatōe pbie/sapiētiēq; q̄ limāde  
veritatis cā/q̄si ex adito quodā eruit/retrahētes pe  
dē/forensē vsum ac popularē sensum sequamur.

Hac igitur diuisione seruata (ut reuertamur ad p  
positum) prudentissimo cuiq; causam nostrā cōmitti  
mus ⁊ ab eo consilium promptius q̄ a ceteris posci  
mus. Prestat tñ fidele iusti consilium viri. ⁊ sapiētis  
sumi ingenio frequēter pponderat. Utilia enim vulne  
ra amici/q̄ aliorū oscula. Deinde quia iusti iudiciū  
est/sapiētis autē argumentū/in illo censura discepta  
tionis/in hoc calliditas inuentionis. Suod si utrūq;  
cōnectas/erit magna cōsilioꝝ salubritas. que ab vni  
uersis spectat̄ admiratione sapiētiē/ ⁊ amore iustitie  
vt oēs querāt audire sapiētiā eius viri/in quo vtri  
usq; virtutis copula sit. Sicut querebāt omnes reges  
terre/videre faciē Salomons. ⁊ audire sapiētiā eꝝ  
ita vt Saba regina veniret ad eum. ⁊ temptaret eum  
in questionibus. Et venit. ⁊ omnia locuta ē que habe  
bat in corde suo. ⁊ audiuit omnē sapiētiā Salomo  
nis. nec vllum verbū p̄teriuit eam. Sive sit ista/quā  
nihil p̄tereat/ nec sit aliquid quod ei nō annunciaue  
rit verus Salomō / cognosce o homo ex his que au  
dis loquentē. Verus est (inquit) sermo/quē audiui  
i terra mea de sermōibꝝ tuis/ ⁊ de prudētia tua. ⁊ nō  
credidi his q̄ dicebāt mihi/ donec veni. ⁊ viderūt ocu  
li mei. Et nūc nō est nec dimidia quidē pars/secūdū  
ea que annūciabāt mihi. apposuisti bona/super ōnia  
que audiui in terra mea. Beate mulieres tue. ⁊ beati  
viri tui/qui assistūt tibi/qui audiūt omnē prudētiā  
tuam. Intellige cōuiuuium veri Salomons. ⁊ que ap  
ponuntur in eo conuiuio. Intellige sapiēter ⁊ cōsīde  
ra / in qua terra congregatio nationum audierit

famam sapiētie vere atq; iustitie. 7 quib9 eū viderit  
oculis / cōtemplantibus utiq; que nō vident. S̄m que  
vident / temporalia sunt. que aut non vident / eterna  
Sue sunt beate mulieres / nisi ille de quib9 dicit / quia  
multe verbū dei audiunt 7 parūt. Et alibi. Sicutūq;  
enim fecerit verbum dei / ipse meus frater / soror 7 ma  
ter est. Sui etiā pueri tui beati qui assistūt nisi paul9  
qui dicebat / vsq; in hūc diē sto protestās minori ac  
maiori / 7 Symeon qui expectabat redemptionem is  
rahel? Sūo enim dimitti posceret / nisi quia assistens  
dño / discedendi habere facultatē nō poterat / nisi vo  
luntatē dñi adeptus esset. Exempli causa proposu  
Salomon est. a quo certatim ut eius audiret sapien  
tia / postulabat. Joseph quoq; nec in carcere feriatu  
erat / quo minus de rebus incertis consuleret. Cuius  
cōsiliū / egypto vniuerso profuit. ut nō sentiret ser  
tem annorū sterilitatē. aliosq; populos misere famis  
leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regaliū consulto  
rum arbiter factus / consiliis suis emendauit p̄sencia  
annūciauit futura. Ex his enim que frequenter inter  
pretatus / ostenderat vere se esse annunciatum fides  
ei in omnibus deferebatur.

Capitulum quartum Tres habens partes.

**S**ed etiam tertius locus de his qui admiratione  
digni estimarentur / Joseph / Salomonis : 7 Da  
nielis exēplo / decurs9 videt. Nā qđ de Moysē loq̄r /  
cui9 ois israhel quotidie cōsilia p̄stolabat / quoz vira  
fitē faciebat prudētie / admirationemq; eiz augebat?  
Suis se nō cōmitteret cōsilio moysi / cui seniores / si q̄  
supra suū intellectū 7 virtutē esse arbitrarent / diudi  
canda seruabant? Suis Danielis cōsiliū refugeret  
de quo deus ipse dixit / Suis Daniele sapientior?

Aut quō homines de eorū dubitare mentib9 possent  
quib9 deus tantā referebat grām? Adoyfi consilio bel  
la conficiebant. Adoyfi meritis de celo affluebat ali  
monia. potus e petra. Quē purus Danielis anim9 / vt  
mulceret Barbaros mores / mitigaret leones? Sive in  
illo temperantia? Quanta animi ⁊ corporis cōtinen  
tia? Nec immerito mirabilis factus oībus / qñ quod  
vehemēter admirant omnes / regalibus fultus amici  
tius / aurū nō querebat. nec delatū sibi honorem / plus  
faciebat q̄ fidem. Sui neciā periclitari mallebat p le  
ge dñi / q̄ p grā hōinis inflecti. Nā de sancti Joseph  
(quē p̄terieram) castimonia ⁊ iusticia quid di  
cam / quaz altera illecebras beriles respuit / refutaue  
premia / altera mortem cōtempfit / metū reppulit / carce  
rē p̄optauit? Suis hūc priuate cause ad cōsulendum  
idoneū nō iudicaret / cuius verax animus / ⁊ mēs fer  
tilis / temporis sterilitatem / quodam consiliorum / et  
cordis ubere / fecundauit.

Notuertimus igit / q̄ i acqrendis cōsiliis plurimuz  
adiungat vite p̄bitas. virtutū p̄rogatiua. beniuolē  
tie vs9. frugalitatis grā. Suis enim in sceno fontē re  
quirat? Suis e turbida aqua potū petat? Itaq; ubi  
luxuria est / ubi intēperantia. ubi vitiōrū cōfusio / q̄s  
inde sibi aliquo hauriendū existimet? Suis nō despi  
ciet morū colluionē? Suis vtilē cause aliene iudicet  
quē videt iutilē sue vite? Suis itez iprobū / maliuolū  
ostumeliosū nō fugiat. ⁊ ad nocēdū paratū / q̄s nō cū  
ōi studio declinet? Suis vō (q̄uis instructū ad cōsiliū  
opē difficilem tñ accessū) ambiat in quo illud sit / tan  
q̄ si quis aque fontē p̄cludat? Suid enī p̄test habere  
sapientiā / si cōsiliū neges / si cōsulēdi itercludas copiā?  
Clauisti fontem. vt nec aliis influat / nec tibi profic.

Pulchre autē ⁊ de illo cōuenit / qui habens prudentiā /  
 cōmaculat eā victorū sordibus . eo q̄ aque exitus cō  
 taminet . Degeneres animos vita arguit . Sūo enim  
 potes eū iudicare consilio superiorē / quem videas in  
 feriozem moribus ? Supra me debet esse / cui me cōmit  
 tere paro . An vero eū idoneum putabo / qui mihi det  
 consilium / quod non dat sibi / ⁊ mihi eum vacare cre  
 dam / qui sibi nō vacet / cuius animū voluptates occu  
 pent / libido deuinciat / auaricia subiugēt / cupiditas  
 perturbet / quatiat metus ? Sūo hic cōsiliū locus / vbi  
 null⁹ quieti . Admirandus mihi / ⁊ suscipiendus cōsi  
 liarius / quē ppitius dñs patribus dedit . offensus  
 abstulit . Huius imitator debet esse / qui potest cōsiliū  
 dare / ⁊ alienā a vitis custodire prudētiā . quia nihil  
 inquinatū in illā incurrit . Suis igit̄ tanq̄ vultu spe  
 ciē p̄ferat pulchritudis / ⁊ beluinis posteriorib⁹ / ac fe  
 rinis vnguib⁹ / forme superioris debonestet grām / cū  
 tam admirabilis ⁊ p̄clara forma virtutū sit / ⁊ specia  
 liter pulchritudo sapiētiē / sicut series scripture indi  
 cat ? Est etenī speciosior sole . ⁊ super omnē stellaz dis  
 positionē luci cōparata inuenit̄ prior . Lucē etenim  
 hāc suscipit nox . sapiētiā autē nō vincit malicia . Di  
 xim⁹ de ei⁹ pulchritudīe . ⁊ scripture testimonio com  
 probauim⁹ . superest vt doceam⁹ scripture autoritate  
 nullū ei⁹ stuberniū cū vitis esse . s; indiuiduā / cū cete  
 ris virtutib⁹ cōiunctionē . Cui⁹ spūs ē disertus . sine  
 inq̄namēto . cert⁹ . sanct⁹ . amās bonū . acutus . q̄ nihil  
 vetet benefacere . benign⁹ . stabilis . cert⁹ . securus . oēm  
 habēs virtutē . oīa p̄spiciēs . Et infra . sobrietatē do  
 cet . iusticiā . ⁊ virtutē . Vīa igit̄ operat̄ prudētiā . cum  
 oib⁹ bonis habet consortium . Nam quō p̄t vtile cō  
 siliū dare / nisi habeat iusticiam / vt induat cōstantiā /

mortem non reformidet/ nullo terrore/ nullo metu reuoceat/ nulla adulatione a vero deflectatur. exiliuz non refugiat/ que nouerit sapienti patriam munduz esse/ egestatem non timeat/ que nihil deesse sapienti sci at cui totus mundus diuitiarum est?

Quid enim p̄celsius eo viro/ qui auro moueri neciat/ cōtemp̄tū habeat pecuniarū/ ⁊ velud ex arce quadam despiciat hominū cupiditates? Quod q̄ fecerit/ hūc homines supra hominē esse arbitrant? Quis est (iquit) ⁊ laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quō enim nō admirandus/ qui diuitias spernit/ quas pleriq̄ saluti proprie pretulerūt? Decet igitur ōnes censura frugalitatis. cōtinentie autoritas. ⁊ maxime eum qui honore prestat. ne pre eminentē virū/ thesauri possideant sui. ⁊ pecuniis seruiat. qui pre est liberis. Illud magis decet/ vt supra thesaurum sit animo/ ⁊ infra amicū obsequio. Humilitas enī auget grām. Nec plena laudis ⁊ digna primario viro/ nō omnē tū tyris negotiatoribus/ ⁊ galathis mercatoribus habere turpis lucri cupidinez. nec omne bonū locare in pecunia. ⁊ tanq̄ mercenario munere/ quotidianos numerare questus/ calculari compendia.

Capitulum quintum Quattuor habens partes.

**Q**uod si ab his/ sobrium animū gerere laudabile est quanto illud prestantius si dilectionē multitudinis liberalitate acquiras/ neq̄ superflua circa impertunos/ neq̄ restricta circa indigentes. Plurima autem genera liberalitatis sunt. nō solum quotidiana sumptu egentibus (quo vitā possint sustinere suā disponere ac dispensare alimonia) verū etiam his q̄ publice egere verecundant cōsulere/ ac subuenire. q̄tenus cōmunis egenorum alimonia non exhauriatur.

De eo enim loquor / qui preest alicui muneri . vt si of  
 ficiū sacerdotis gerat / ac dispensatoris . vt de his sug  
 gerat episcopo nec reprimat . si quē positū in necessita  
 te aliqua cognouerit . aut defectum opibus / ad inopie  
 necessitatē redactā . maxime si nō effusione adolescen  
 tie / sed direptione alicuius . 7 amissioe patrimonii in  
 eam reciderit iniuriā / vt sumptū exercere diurnū non  
 queat . Summa etiā liberalitas captos redimere . eripe  
 re ex hostiū manibus . subtrahere neci homines . 7 ma  
 xime feminas turpitudini . reddere parentib9 liberos /  
 parētes liberis . ciues patrie restituere . Nota sunt hec  
 nimis ill yrica vastitate 7 tracie . Quāti vbiq; venales  
 erāt toto captiui orbe / quos si reuoces / vnius pūni  
 cie numerū explere nō possint . Fuerūt tñ q̄ etiā quos  
 ecclesie redemerūt / i seruitute reuocare vellēt ip̄a graui  
 ores captiuitate / qui inuiderent alienā misericordiā .  
 Ipsi si in captiuitatez venissent / seruirent liberi . si vē  
 diti fuissent / seruitutis ministeriū nō recusarēt . 7 vo  
 lunt alienam libertatem rescindere / qui suā seruitutez  
 non possent rescindere . nisi forte precium recipere emp  
 tori placeret . in quo tamen non rescindit seruitus .  
 sed redimitur . Precipua est igitur liberalitas redime  
 re captiuos / 7 maxime ab hoste barbarico . qui nihil  
 humanitatis deferat ad misericordiam / nisi q̄ auari  
 tia reseruauerit . ad redemptionem es alienū subire si  
 debitor soluendo non sit . atq; ardetur ad solutionem  
 que sit in re debita . 7 inopia destituta / nutrire paruu  
 los . pupillos tueri . Sunt etiam qui virgines orba  
 tas parentibus / tuende pudicitie gratia / connubio  
 locent . non solum studio / sed etiam sumptu adiu  
 uent . Est etiam illud genus liberalitatis / quod apo  
 stolus docet / vt si quis fidelis habet viduas /

subministret illis. ut earū alimonis nō grauet eccle  
sia. ut his que vere vidue sunt sufficiat.

Vultis igitur huiusmodi liberalitas. sed nō omnis  
ōibus. Sunt enim pleriq; etiā viri boni / qui tenues  
sunt censu: cōtenti quidē exiguo ad sui vsum. s; non  
idonei ad subsidiū leuāde paupertatis aliene. Tñ sup  
petit aliud beneficētie gen9. quo iuuare possent inferi  
orē. Est enī duplex liberalitas. Vna q̄ subsidio rei  
adiuuat / idest vsu pecunie. Altera q̄ operū collatione  
ipendit. multo frequēter splēdidior. multoq; clarior  
Quāto illustri9 abrahā captū armis victricib9 recepe  
rit nepotē / q̄ si redemisset? Quāto vtili9 regē pharao  
nē / sanct9 Joseph cōsilio puidētie iuuit / q̄ si oculisq;  
pecuniā? Pecunia enī vni9 ciuitatis / nō redemit vber  
tatē. Pspicientia totis egypti per quinquēniū famē  
repulit. facile autē pecunia cōsumit. cōsilia exhauriri  
nesciūt. Nec vsu augent. pecunia minuit / ⁊ cito defi  
cit / atq; ip̄am desituit benignitatē. ut quo pluribus  
largiri volueris / eo pauciores adiues. ⁊ sepe tibi de  
sit / qd̄ alii oferendū putaueris. cōsiliū at̄ operisq; col  
latio / quo i plures diffūdit / eo redūdantior manet.  
⁊ i suū fontē recurrit. In se enī refluit vbertas prudē  
tie. ⁊ quo plurib9 fluxerit / eo exerciti9 fit oē qd̄ rema

Liquet igitur debere esse liberalitatis mo (net.  
dū. ne fiat inutilis largitas. Sobrietas tenenda est  
maxime a sacerdotibus. ut nō p̄ iactantia / sed pro  
iustitia dispensent. Nusq; enim maior auiditas. peti  
tionis causa veniūt validi. veniūt nullaz causam. ni  
si vacādi habentes. ⁊ volūt subsidia euacuare pau  
perū. exinanire sumptū. nec exiguo cōtenti / maiora q̄  
runt. ambitu vestium captantes petitionis suffragiū  
⁊ nataliū simulatione licitantes incrementa questuum

His si quis facile fidem deserat / cito exhaurit paupe-  
 rum alimoniis profutura cōpendia . Modus largi-  
 endi assit . ut nec illi inanes recedant / neq; transcriba-  
 tur vita pauperū in spolia fraudulentorū . Ea ergo  
 mensura sit / ut neq; humanitas deserat / neq; desitu-  
 atur necessitas . Mleriq; simulant debita se tueri . et tñ  
 exutos . sit veri examen . Exutos se per latrocinia de-  
 plorāt . ut iniuria fidem faciat aut cognitio persone .  
 quo propensius iuuetur . Ab ecclesia relegatis / sump-  
 tū impartendus / si desit eis alendi copia . Itaq; qui  
 modum seruat / auarus nulli . sed largus oībus ē . Nō  
 enim solas aures prebere debemus audiēdis p̄cantū  
 vocibus . sed etiā oculos cōsiderandis necessitatibus .  
 Plus clamat bono operatori debilitas / q̄ vos pau-  
 peri . Neq; vero fieri p̄t / ut nō extorqueat amplius  
 importunitas vociferantiū . s; nō semper impudentie  
 locus sit . Videndus est ille qui te nō videt . requirēdus  
 est ille / qui erubescit videri . Ille etiā clausus in carce-  
 re occurrat tibi . ille affectus egritudine mentē tuā per-  
 sonet / qui aures nō p̄t . Euo plus te operari viderit  
 popul⁹ / magis diliget . Scio plerosq; sacerdotes / quo  
 plus cōtulerūt / plus abundasse . quoniā quicumq; bo-  
 nū operariū videt / ip̄e cōfert quod ille suo officio dis-  
 penset . securus / q̄ ad pauperē sua perueniat misericor-  
 dia . Nemo enī vult / nisi pauperi / p̄ficere collationē  
 suā . Nā si quē aut immoderatū / aut nimis tenacē dis-  
 p̄satorē viderit utrunq; despiciet . si aut superfluis  
 erogatōib⁹ dissipet alieni fruct⁹ laboris / aut etiā re-  
 cōdat sacculis . Sicut igitur modus liberalitatis tenē-  
 dus ē / ita etiā calcar plerunq; adhibendū videt . Mo-  
 d⁹ ideo / ut quod benefacis / id quotidie facere possis .  
 ne subtrahas necessitati / quod indulsis effusioni .

Calcar propterea / quia melius operatur pecunia in  
pauperis cibo q̄ in diuitis sacco. Caue ne intra lo-  
culos tuos / includas salutem inopū. ⁊ tanq̄ in tumu-  
lis / sepelias vitam pauperum.

Idcirco donare Joseph totas egypti opes. ⁊ effunde  
re thesauros regio. noluit tñ de alieno effusus vide-  
ri. Adaluit frumēta vēdere / q̄ donare esurientib⁹. q̄a  
si paucis donasset / plurib⁹ defuisset. Eā liberalitatē  
p̄bavit / que abundaret ōnib⁹. Idcirco horrea. vt  
ōēs emerent subsidiū frumētariū. ne gratis accipiēdo  
cult⁹ terrarū relinquerēt. S̄m qui alieno vitā / suū ne-  
gligit. Itaq̄ primū ōim / coaceruauit pecunias. deinde  
instrumēta cetera. ad postremū / iura terrarū regi acq̄-  
siuit nō vt omnes exueret suo. s̄z fulsiret. publicū tri-  
butū cōstitueret / quo sua tuti⁹ habere possent. Quod  
ita fuit gratū ōib⁹ / quib⁹ terras ademerat / vt non  
vēditionē sui iuris / s̄z redēptionem putarēt salutis.  
Deniq̄ dixerūt. Sanasti nos. inuenim⁹ grām i cōspe-  
ctu dñi nr̄i. Nā ⁊ de p̄prietate nil amiserāt. q̄ ius re-  
ceperāt. ⁊ de vtilitate nil periderāt / q̄ acq̄sierāt perpe-  
tuitatē. D̄ virū magnū. q̄ nō largitatis superflue tēpo-  
ralē captauit gloriā. s̄z perpetuā cōmoditatē cōstituit  
p̄uidentię. Fecit enī / vt tributis populi se iuuaret su-  
is nec i tēpore necessitatis / aliēa subsidia desiderarēt  
Adeli⁹ enī fuit cōferre aliq̄d de fructib⁹ / q̄ totū de iu-  
re amittere. Quintā portionē collatōis statuit. ⁊ i p̄-  
uidēdo perspicacior. ⁊ in tributo liberalior. Deniq̄  
nūq̄ egypt⁹ huiusmodi famem pertulit. Q̄ p̄clare ac  
collegit futura. Idcirco / q̄ argute regalis itēpres / s̄o-  
nū veritatē expressit. Somniū regis primū hoc fuit.  
Septem iuence ascendeabant de flumine / visu decore.  
⁊ pingues corpore. ⁊ ad oram pascebant fluminis.

Ille quoq; vitule visu deformes / ac ieiune corpore .  
 post illas iuuenicas ascendebāt de flumie . 7 iuxta eas  
 in ipso riparū thoro pascebant . 7 vise sunt he vitule  
 tenues atq; exiles / deuorare illas que prestabant et  
 forma 7 gratia . Et Somniū secundū hoc fuit . Septē  
 Spice pingues / electe / 7 bone / de terra surgebāt . 7 po  
 stea septem Spice exiles / 7 vento corrupte / ac marci  
 de se subicere moliebant . 7 visum est / q; letas 7 ube  
 res spicas / spice tenues 7 steriles deuorauerunt . Hoc  
 somniū ita aperuit sanctus Joseph . eo q; septē Junē  
 ce / septem anni forent . 7 septē spice similiter septē an  
 ni forent . ex fetu 7 fructu interpretat9 tēpora . Fetus  
 enī iuuenice / annū exprimit . 7 fructus segetis annū cō  
 sumat integrū . Que iteo ascendebāt de flumine / q; di  
 es / anni / ac tempora / fluminū pretereunt modo . 7 cur  
 sim labuntur . Annos itaq; septem priores / vberes /  
 terre fertiles / ac fecundos / declarat futuros . postero  
 res autem alios septem annos steriles / atq; infecun  
 dos . quorū sterilitas / assumptura foret vbertatem su  
 periorū . Qua grā / prospiciendū ammonuit / vt ube  
 rioribus annis cōgregaret substodiū frumentarium .  
 quod sustentare posset inopiā future infecunditatis .  
 Quid primū mirer? Ingeniū / quo in ipz veritatis des  
 cēdit cubile / an cōsiliū / quo tam graui atq; diuturne  
 pspexit necessitati / an vigilantia atq; iusticia / quaz  
 altera iposito sibi tāto mūere ogregauit tā multipli  
 ces omeat9 / altera q̄ equalitatē per oēs seruauit . Nā  
 de magnanimitate qd loquar / q; vendit9 a fratrib9  
 in seruitutem / nō retulit iniuriā / sed famem depulit ?  
 Quid de suauitate / qua dilecti fratris presentiaz pia  
 fraude quesuit / quem simulato per elegantiam furto  
 reum statuit rapine / vt obsidem teneret gratie ?

Vñ merito ei a patre dicitur. Filius meus ampliatius  
Joseph. filius meus ampliatus zelotes. filius meus ado-  
lescens. Adiuuet te dñs meus. et benedicat te benedi-  
ctione celi a summo. benedictioe terre habetis oia / pp-  
ter benedictione patris tui et matris tue. Inueniunt  
super benedictioes montium manentium. et desideria collium  
eternorum. Et in deuteronomio. Qui visus es (inquit)  
in rubo / ut venies super caput Joseph. et super verti-  
cem ipsius. honorificus inter fratres. primitiuus tauri de-  
cus eius. cornua unicornis ipsius cornua. in ipsis ge-  
tes ventilet simul vsq; ad extremum terre. Ipsi decem  
milia Effrem. et ipsi milia Danasses.

Capitulum sextum Tres habens partes.

**T**alis itaq; debet esse qui consilium alteri det / vt  
seipsum formam aliis prebeat / ad exemplum bo-  
norum operum / in doctrina / in integritate / in grauita-  
te. vt sit eius sermo salubris. atq; irreprensibilis. co-  
nsilium vtile. vita honesta. sententia decora. Talis erat  
Paulus. qui consilium dabat virginibus. magisterium sa-  
cerdotibus. vt primum seipsum formam nobis preberet  
ad imitandum. Ideo et humiliari sciebat. sicut sciuit et  
Joseph. qui summo ortus patriarcharum genere / non de-  
dignatus degenerare seruitute / exhibebat eam obsequiis  
illustrabat virtutibus. Sciuit humiliari / qui et videri  
torem / et empotorem passus est. et dominum appellabat eum.  
Audi humiliantem se. Si dominus meus propter me nihil sit in  
domo sua / et omnia quaecumq; habet dedit in manus  
meas / neque subtractum est a me quicquam preter te / que  
uxor illius es / quomodo faciam verbum hoc malum.  
et peccabo coram domino. Plena vox humilitatis. plena ca-  
stimonie. humilitatis / quia domino deferrebat. honorifi-  
cietate / quia referebat gratiam. plena quoque castimonie /

quia turpi flagicio cōtaminari / graue peccatū puta  
 bat. Talis igit̄ debet eē cōsiliari⁹ / qui nihil nebulosū  
 habeat. nihil fallax. nihil simulatū / quod vitā ac mo  
 res ei⁹ refellat. nihil iprobū / ac maliuolū / quod auer  
 tat cōsulentē. Alia sunt enim q̄ fugiunt / alia q̄ con  
 temnunt. Fugim⁹ ea q̄ p̄nt nocere. q̄ maliciose p̄nt ī  
 noxā serpere. vt si is q̄ cōsultat / dubia sit fide / ⁊ pecūie  
 auid⁹ vt possit precio mutari / si iniuriosus / hic fugi  
 tur ac declinat. Sui vero volūtarius intemperās / et  
 si alienus a fraude / tñ auarus ⁊ cupidior lucri tur  
 pis / hic cōtemnit. Quod enim specimē industrie / quē  
 fructū laboris edere potest / quā recipere animo curā  
 ac sollicitudinē / qui se corpori atq; ignauiē dederit ⁊  
 Ideo boni vir cōsiliū dicit. Ego enī didici in quibus  
 scio sufficiēs eē. Sciebat enī oīz maloz radicē / eē aua  
 ritia. ⁊ ideo suo cōtent⁹ erat. alienū nō req̄rebat. Sa  
 tis mihi ē (inquit) quod habeo. siue parū / siue pluri  
 mū habeā / mihi plurimū est. Expressius aliquo dicē  
 dum videtur. Signato verbo vsus est. Sufficit mihi  
 (inquit) ī quo sum. idest nec deest / nec superfluit. Nō  
 deest. quia nihil quero amplius. Non superfluit. qz  
 non solum mihi habeo / sed pluribus. Hoc de pecunia  
 ceterū de omnibus dici potest. quia sufficiebant illi  
 presentia. hoc est nō maiorem honorem: nō obsequia  
 vberiora desiderabat. non glorie immodice cupidus  
 aut gratiā indebite querebat. sed debiti finem certami  
 nis / patiens laboris / securus meriti prestolabatur.  
 Scio inquit ⁊ humiliari. Non ergo indocta hūilitas  
 sed que habet sui modestiā ⁊ scientiam / laudatur. Est  
 enim humilitas formidinis. est imperitiē atq; igno  
 rantie. Et ideo scriptura ait. Et humiles spiritu sal  
 uabit. Preclare ergo dixit. Scio et humiliari.

¶ Est quo in loco. q̄ moderatōe. quo fine. i quo offi-  
cio. in quo mūere. Nesciuit Pharise9 hūiliari. ideo de-  
lect9. Sciuit publican9. ideo iustificat9 ē. Sciebat ⁊  
abū dare Paul9. q̄a aiā habebat diuitē. ⁊ si thesau-  
rū diuitis nō habebat. Sciebat abū dare. q̄ nō q̄re-  
bat datū i pecunia. s̄z req̄rebat fructū i grā. ¶ Possūm9  
⁊ sic itelligere / q̄a sciebat abū dare / q̄ poterat dicere.  
¶ De nostrū patet ad vos o Corinthii. cor nostrū di-  
latatū ē. ¶ In ōibus erat imbut9 / ⁊ saturari / ⁊ esurire.  
¶ Beatus qui sciebat saturari i Christo. Nō ergo illa  
corporalis / s̄z spiritalis ē saturitas / quā operat sciē-  
tia. Et merito sciētia op9 ē / quia nō in pane solo vi-  
uit hō / s̄z in ōi verbo dei. Ergo qui sic sciebat satura-  
ri / ⁊ sic esurire sciebat. vt semper noua q̄reret. esuriret  
deū. sitiret dñm. Sciebat esurire. qui sciebat. quia esu-  
rientes manducabunt. Sciebat ⁊ poterat abundare /  
qui nihil habebat / ⁊ possidebat omnia.

Egregie itaq; viros alicui p̄sidentes muneri / omen  
dat iusticia. ⁊ cōtra / iniquitas destituit atq; impugnat  
Exemplo nobis ē scriptura. q̄ dicit. quia cū popul9  
Israhel post mortem Salomonis / rogasset filiū eius  
Roboā vt releuaret ceruices eoz a seruitute dura / ⁊  
paterni imperii tēperaret austeritatem / ille spreto se-  
nili consilio / de suggestionē adolescentium responsum  
fertur dedisse huiusmodi. quia ⁊ onus adiceret super  
paternū iugum / ⁊ leuora grauioribus supplicis mu-  
taret. Suo responso exasperati responderūt populi.  
Non est nobis portio cum Dauid. neq; hereditas in  
filiis yesse. Reuertere vnusquisq; in tabernacula tua  
Israhel. qm̄ hic homo / neq; in principez / neq; in ducē  
erit nobis. Itaq; desertus a populo ac destitut9 / vix  
duaz tribuū. p̄pter dauid meritū / hēre potuit societate

Claret ergo / qm̄ equitas imperia confirmet. ⁊ iniu-  
sticia dissoluat. Nam q̄o potest malitia regnū possi-  
dere / que ne vnā quidem priuatā p̄t regere familiam?  
Summa igitur benignitate opus est / vt non solū pu-  
blica gubernacula / s; etiā priuata iura tueamur. ⁊ Stu-  
rimū iuuat beniuolentia / que omnes studet beneficiis  
amplecti. deuincere officijs. obpignerare gratia.

Effabilitatē quoq; sermonis / diximus ad cōciliā  
dā grām valere plurimū. Sed hāc esse volumus sine  
rā / ac sobriā / sine vlla adulatione. ne simplicitatē ac  
puritatez alloqui / dedecet sermonis adulatio. For-  
ma enim esse debemus ceteris nō solū in opere / s; etiā  
in sermone / in castitate: ac fide. Quales haberi volu-  
mus / tales simus. ⁊ qualē affectū habemus / talē ape-  
riamus. Neq; dicam⁹ in corde nostro verbū iniquū /  
quod abscondi putem⁹ silentio. quia audit in occulto  
dicta / qui occulta fecit. ⁊ cognoscit secreta viscerū / q̄  
sensum viscerib⁹ infudit. Ergo tāq; sub oculis cōsti-  
tuti iudicis / quicquid gerimus in luce positum pute-  
mus. vt omnibus manifestetur.

Capitulum septimum / Vnam continens partem .

**P**lurimum itaq; prodest vnicuiq; bonis iungi .  
Adolescentibus quoq; vtile / vt claros ⁊ sapien-  
tes viros sequant. qm̄ qui congregit⁹ sapientib⁹ / sa-  
piens est. qui autem coheret imprudentib⁹ / agnoscat.  
Et ad instructionē itaq; plurimū proficit / ⁊ ad p̄bi-  
tatis testimonium. Ostendūt enim adolescentes / eorū  
se imitatores esse quibus adherent. ⁊ ea diualescit opi-  
nio / q̄ ab his viuendī acceperint similitudinē / cū q̄  
bus cōuersandī hauserint cupiditatē. Inde tātus Je-  
sus naue / q̄ eum nō solū eruditur ad legis scientiam  
Adoyū copula verūctiam sanctificauit ad gratiam.

Deniq; cū in eius tabernaculum diuina refulgeret p  
sentia / videretur maiestas dñi / solus erat in taberna  
culo Iesus naue. Ad Moyses cum dño loquebatur. Ies<sup>9</sup>  
pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri ⁊ populus  
deorsum stabant. Iesus cū moyse ad accipiendā legē  
ascendebat. Omnis populus intra castra erat. Iesus  
extra castra in tabernaculo testimonii. Cuz columna  
nubis descenderet / ⁊ loq̄retur cum moyse quasi fidus  
Astabat minister. Nec exibat de tabernaculo iuuenis  
cuz seniores longe positi / diuina trepidarent miracu  
la. Vbiq; igit̄ inter admiranda opera / ⁊ reuerenda se  
creta / sancto moyse indiuiduus adhebat. Vnde fac  
tus ē / vt q̄ fuerat socius conuersationis / successor fieret  
potestatis. Ad merito vir huiusmodi euasit / vt sisteret  
fluminū curs<sup>9</sup>. Diceret / stet sol. ⁊ staret sol q̄n eis spe  
ctator victorie noctē differret. diē p̄duceret. Quod q̄  
dem moyse negatū est / solus eligeret / vt populū itro  
duceret in terrā p̄missionis. Adagnus vir fidei mira  
culis. magnus. triūphis. Illius angustiora opera. hu  
ius p̄superiora. Vterq; igit̄ diuina subnixus grā / vl  
tra humanā p̄cessit cōditionē. Ille mari. hic celo ipe  
rauit. Pulchra itaq; copula seniorū atq; adoleſcētū  
Alī testimonio / alī solatio sunt. alī magisterio. alī  
delectationi. Vmitto q̄ Abrabe adheſit Loth a toles  
centulus etiā proficiscenti. ne forte hoc propinquit  
atis magis fuisse estimetur / ⁊ necessarie potius q̄ vo  
luntarie adiunctionis. Suid de helia atq; heliseo loq̄  
mur. Licet non expresse heliseum iuuenem scriptura  
significauerit / aduertimus tamen ⁊ colligimus iunio  
rem fuisse. In actibus apostolorū / Barnabas / Marcū  
assumpsit. paul<sup>9</sup> silam. paul<sup>9</sup> thimotheū. paul<sup>9</sup> tytū  
Seco de illis superioribus videmus diuisa officia.

ut seniores cōsilio p̄ualerent. iuniores misterio. ¶ Ple  
rūq; etiā. sturib⁹ pares / dispares etatib⁹ / sui delectā  
tur copulā. sicut delectabant⁹ / ¶ Petrus ⁊ Joannes. Nā  
adolecentē legimus Joannē in euāgelio / ⁊ sua voce.  
licet meritis ⁊ sapientia / nulli fuerit seniorū secūdos  
Erat enī in eo senectus venerabilis morū. ⁊ cana pru  
dētia. Vita enī imaculata / bone senectutis stipēdiū ē.

Capitulum octauum Quinq; habens partes.

**H** Diuāt hoc quoq; ad profectum bone existima  
tionis / si de potentis manibus eripias. inopem  
de morte damnatū eruas. quantū sine perturbatione  
fieri potest. ne videamur tactantie magis causa face  
re / q̄ misericordie. ⁊ grauiora inferre vulnera. dū le  
uioribus mederi desideramus. Jā si oppressum opib⁹  
potentis / ⁊ factione magis q̄ sceleris sui precto gra  
uatum liberaueris / egregie conualescit opiniois testi  
monium.

Commendat plerosq; etiam hospitalitas. Est enī  
publica species humanitatis / ut peregrinus hospitio  
non egeat. suscipiatur hic officiose. pateat aduentū  
ianua. Valde id decorum totius est orbis existimati  
one / peregrinos cū honore suscipi / nō deesse mēse hos  
pitalitatis grāz. occurrere officii liberatitatis. explo  
rare aduentus hospitū. Quod Abrahā laudi ē datū. q̄  
ante ianuā suā speculabat⁹. ne forte p̄teriret peregrin⁹  
aliquis. ⁊ diligēter p̄tendebat excubias / ut occurreret  
ut p̄ueniret. ut rogaret. ne trāsiret hospes / dicens. Dñe  
si inueni grām ante te / ne p̄terieris puerū tuū. Et ideo  
p̄ hospitalitatis mercede / fructū posteritatis recepit  
Loth quoq; nepos eius / non solū genere / sed etiā vir  
tute proximus / propter hospitalitatis affectum / zo  
domitana a se suisq; supplicia extorsit.

Decet igitur hospitem esse benignum. iustum. non alieni cupidum. immo de suo iure cedentem potius aliqua si fuerit laesitatus / quam aliena iura pulsantem. fugitantem litium. abhorrentem a iurgiis. redimentem concordiam / et tranquillitatis gratiam. Siquidem de suo iure virum bonum aliquo relaxare / non solum liberalitatis / sed plerumque etiam commoditatis est. Primum dispendio litis carere non mediocre est lucrum. Deinde accedit ad fructum quo augetur amicitia. Ex qua oriuntur plurime commoditates que contemnentur / aliquo in tempore postea fructuose erunt. In officii autem hospitalibus / omnibus quidem humanitas impartienda est. iustis autem uberior referenda honorificentia. Quicumque enim iustum receperit in nomine iusti / mercedem iusti accipiet. ut dominus pronunciauit. Tanta autem apud deum est hospitalitatis gratia ut ne potius quidem aque frigidae / a premiis remunerationis immunis sit. Vides quia Abrahamam deum receperit. unde scis / ne et tu / cum suscipis hominem / suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus. quia Christus in paupere est. sicut ipse ait. In carcere eram. et venistis ad me. nudus eram. et operuistis me.

Suaue est igitur non pecunie / sed gratie studere. Verum hoc malum ianodum humanis influxit mentibus / ut pecunia honori sit. et animi hominum diuitiarum admiratione capiantur. Inde se immergit avaritia / veluti quedam honorum ariditas officiorum. ut homines damnum putent / quicquid propter morem impendit. Sed etiam in hoc aduersus avaritiam (ne quod afferre possit impedimentum) praesepit scriptura venerabilis. dicens. Quia melior est hospitalitas cum oleo. Et infra. Melior est panis in suauitate cum pace. Non enim prodigos nos docet esse scriptura. sed liberales. Largitatis enim duo sunt genera. Vnum liberalitatis.

Alterū prodige effusionis. Liberale est hospitio recte. nudū vestire/redimere captiuos/ non habentes sumptū/iuuare. ¶ Prodigum est sumptuosus effluere conuiuis: et vino plurimo. Vnde legisti. ¶ Prodigū est vinum. et contumeliosa ebrietas. ¶ Prodigū est popularis fauoris grā exinanire proprias opes. Quod faciūt qui ludis circēsis/ vel etiā theatralibus/ et muneribus gladiatoris/ vel etiā venationib9/ patri montū dilapidant suū. ut vincāt superiorū celebritates. cū totū illud sit iane/quod agūt. Sūquidem etiā bonorū operū sumptibus/immoderatū esse nō deceat

¶ Vulchra ergo liberalitas erga ipos quoq; pauperes mensuram tenere. ut abundes pluribus. nō conciliandi fauoris gratia ultra modū fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promit/ hoc est decorum. Non superfluas edificationes aggredi. nec pretermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc cōuenit/or nare dñi templum decore congruo. ut etiā hoc cultu/ aula dñi resplendeat. Impensas minime cōuenientes frequentare/quantū oporteat largiri peregrinis. nō superflua/ sed competentia. nō redundātia/ s; cōgrua humanitati. ne sumptu pauperum/ alienā sibi querat grā. ne restrictiorē erga clericos/ aut indulgentiorē se prebeat. Alterum enim inhumanum/ alteruz prodigū si aut sumptus desit necessitati eorum / quos a sordidis cogitationis aucupis retrahere debeas / aut voluptati superfluat.

Capitulum nonum Tres habens partes.

**Q**uinetiā verborū ipoz/ et preceptorū eē mensurā cōuenit. ne aut nimia remissio videatur/ aut nimia severitas. ¶ Meritoq; enim remissiores malūt esse. ut videantur boni esse. Sed nihil simulatum et fictum /

esse vere virtutis / certū est. Guinetiā diurnū esse nō  
solet. In principio vernat. In processu tāq̃ floscul⁹  
dissipat⁹ / ⁊ soluit⁹. Quod aut̃ verū ac sincerū / alta sū  
datur radice. Et vt exēplis assertiones nostras p̃be  
mus (qm̃ que simulata sunt / diurna eē nō possunt  
sed tanq̃ ad tempus virentia cito decidunt) ex ea fa  
milia / ex qua nobis plurima ad virtutis p̃fectū exē  
pla accersuimus / vnū simulationis ⁊ fraudis p̃fera  
m⁹ testimoniū. Absolon erat Dauid Regis filij. deco  
re insignis. egregius forma. prestās inuenta. ita vt  
vir talis in Israhel nō reperiret. a vestigio pedis /  
vsq̃ ad verticem unmaculatus. Is fecit sibi curtus /  
⁊ equos / ⁊ viros quinq̃ginta / qui p̃currerent ante eū  
Surgebat diluculo. ⁊ stabat ante portā in via. ⁊ si  
quē aduertisset regis iudicia q̃rentē. accedebat ad eū  
dicēs. Ex qua ciuitate es tu. Rñdebat. Ex tribu vna  
sum de Tribubus israhel seruus tuus? Referebat ab  
solon. Verba tua bona sunt ⁊ directa. ⁊ q̃ te audiat  
non est tibi datus a rege. Quis constituet me iudicē?  
Et q̃squis ad me veniet / cuiq̃q̃ fuerit iudiciū neces  
sariū / iustificabo illū. Talibus deliniebat singulos ser  
monibus. Et cū accederent adorare eū / extendens ma  
nus suas / app̃hendebat. atq̃ osculabat⁹ eos. Sic con  
uertit in se corda oīm / dū blāditie huiusmodi intimo  
rū tangunt viscerū sensum. Sed delicati isti ⁊ ambitū  
osi elegerūt honorabilia / ⁊ grata ad tempus / ⁊ iocun  
da. Vbi aut̃ parua p̃cessit dilatio / quā prudens oīm  
p̃pheta / paulisper cedendo interponendā putauit nō  
potuerūt tolerare ac sustinere. Deniq̃ nō dubitās te  
victoria Dauid / oīmendabat filiū dimicaturis / vt ei  
parcerent. ⁊ deoq̃ nec prelio interesse maluit. ne vel re  
ferre arma parricide licet videretur / sed tamen filio .

Liquet igitur ea esse perpetua ac solida / que vera sunt  
 ⁊ que sincere potius q̄ dolo congregantur. Ea vero  
 que simulatione atq; assentatione parata sunt / non  
 posse diu perseverare.

Suis igitur / vel illos qui pecunia ad obedientiam  
 redimunt / vel eos qui assentatione initant / fidos si  
 bi arbitretur? Nam ⁊ illi frequenter se vendere volūt  
 ⁊ isti imperia dura ferre nō possunt. Sui leui assenta  
 tiuncula facile capiuntur / si perstrinxeris verbo / im  
 murmurant / deserunt / ⁊ infesti abeunt / indignantes re  
 linquunt / imperare malunt q̄ obedire. Quasi obnox  
 ios beneficio / subiectos sibi debere esse existimāt / quos  
 prepositos sibi habere debeant. Suis igitur sibi fide  
 les putet / quos vel pecunia vel adulatōe sibi obliga  
 tos creiderit. Nā ⁊ ille qui pecuniā acceperit / vilē se  
 ⁊ despectū indicat / nisi sepe redimat. Itaq; frequēter  
 expectat pretiū suū. ⁊ ille qui obsecratione ambitus  
 videtur / vult semper se rogari.

Ergo bonis actibus ⁊ sincero proposito / nitendū  
 ad honorem arbitror. ⁊ maxime ecclesiasticum. ut ne  
 q; resupina arrogantia / vel remissa negligentia sit.  
 neq; turpis affectatio. ⁊ iudicosa ambitio. Ad omnia  
 abundat animi directa simplicitas. satisq; seip̄sa cō  
 mendat. In ipso vero munere / neq; seueritatez esse du  
 ram conuenit / nec nimiam remissionez. ne aut potesta  
 tem exercere / aut sumptum officium nequaq; implere  
 videamur.

Capitulum decimum Quattuor habens partes.

**N**itendū quoq; ut bñficiis atq; officiis oblige  
 m⁹ plurimos. ⁊ collatā reseruem⁹ grām / ne iure  
 beneficii fiant immemores / qui se grauite lesos do  
 lent. Sepe enim vsu venit / ut quos gratia foueris /

vel aliquo superiore emulaueris gradu / auertas si i  
digne aliquē preponendū iudices. Sed ⁊ sacerdotem  
beneficiis suis vel iudiciis / fauere cōuenit. vt equita  
tē custodiat. ⁊ presbytero vel ministro deferre vt pa  
renti. Neq; eos qui semel probati sunt / arrogantes eē  
oportet. sed magis tanq̃ memores gratie / humilitatē  
tenere. Neq; offendi sacerdotē / si aut presbyter / aut  
minister / aut quisq; de clero / aut misericordia / aut ie  
iunio / aut integritate / aut doctrina / aut lectione / ext  
stimationē accumulet suā. Gratia enim ecclesie. laus  
doctoris est / bonū opus alicuius predicari. ita tamē  
si nullo studio fiat iactantie. Laudent enim vnūquē  
q; proximorū labia. ⁊ nō suū os. ⁊ cōmendent opera  
nō studia sua. Ceterū si quis nō obediat ep̃o / ⁊ extol  
lere atq; exaltare sese desideret / obumbrare merita ep̃i  
simulata affectatione doctrine / aut humilitatis / aut  
misericordie / is a vero deui⁹ / superbit. S̃m veritatis  
ea ē regula / vt nihil facias cōmendādi tui causa / quo  
minor alius fiat. Neq; si quid boni habeas / id ad de  
formationē alterius ⁊ vituperationem exerceas.

Non defendas improbū. ⁊ sancta indigno cōmit  
tenda arbitreris. neq; urgeas / ⁊ impugnes / cuius cri  
men nō deprehenderit. Nā cū in omnibus iniusticia ci  
to offendat / tum maxime in ecclesia / vbi equitatē esse  
oportet. vbi equitatem haberi decet. vt nihil sibi po  
tentior vendicet. nihil plus vsurpet dicitur. Siue enī  
pauper / siue diues / in Christo vnum sunt. Nihil  
sanctior sibi plus arroget. Ipsum enim parem esse /  
est humiliorem esse. Sed nec personam alterius acci  
piamus in iudicio. gratia absit. causam merita de  
cernant. Nihil sic opinionem / immo fidem grauat  
q̃ si in iudicando / potentiori donec cām inferioris.

vel pauperem innocentē arguas / diuitē excuses reum  
culpe. *¶* Ironiū quidem est genus hominū fauere bono  
ratoribus. ne lesos sese putent. ne victi doleāt. Sed  
primū si offensam vereris / nō recipias iudiciū. si sa  
cerdos es / aut si quisq; alius / nō laceffas. Licet tibi  
silere in negotio dūtaxat pecuniario. quanq; sit con  
stantie adesse equitati. In causa autē dei / vbi cōmunio  
nis periculū ē etiā dissimulare / peccatū est nō leue.

Quid autē tibi prodest fauere diuiti? An quia citius  
amantem remunerat? His enim fauemus frequētius /  
a quibus referende vicem speram⁹ gratie. Sed eo ma  
gis infirmo ⁊ inopi nos studere cōuenit / q̄a p̄ eo qui  
nō habet / remunerationē speramus a dño Jesu. Qui  
sub specie cōiuii / generalē virtutū edidit formā. vt  
his potius nostra conferamus beneficia / qui nobis  
ea nō possent rēpsentare. dicēs / ad cōiuiū atq; epu  
las / non eos qui diuites sunt / sed qui pauperes inui  
tandos. Diuites enim rogari videntur / vt ipi quoq;  
nobis reddant cōiuium. *¶* Pauperes (quia nō habent  
quod restituant) cum acceperint / remuneratōrē nobis  
faciunt deū. qui pro paupere obligandū obtulit. Ad  
ipm quoq; seculi vsum / consolatio beneficiū facta in  
pauperes / magis q̄ in locupletes plus iuuat. quia di  
ues dedignatur beneficium. ⁊ pudet eum debitorē esse  
gratie. Quinetiam id quod collatū est sibi / meritis su  
is arrogat quod velut debitum acceperit. vel ideo da  
tum sit / eo q̄ qui dedit / reddendum sibi a diuite vbe  
rius estimauerit. Ita in accipiēdo beneficio / eoiū q̄  
acceperint diuites / dedisse magis q̄ accepisse existi  
mant. pauper vō / ⁊ si non habet vnde reddat pecuniā  
refert gratiam. In quo certū est / q̄ plus reddat / q̄ ac  
ceperit. *¶* Pecunia enī nūmo soluit. grā nūq; exinanit.

Rendendo vacuat pecunia. gratia autē ⁊ habendo soluit. ⁊ soluendo retinet. Deinde quod diues refugit / pauper fatet. q̄ sit obligatus debito / sibiq; subuentū Non honori suo delatū putat. donatos sibi arbitrat̄ filios. vitā reddicā. referuatā familiā. Quāto igitur melius / apud bonos / q̄ apud ingratos locare beneficium? Unde dñs ad discipulos ait. Nolite possidere aurū / neq; argentū / neq; pecuniā. qua velut falce / pullulante in pectoribus hūmanis succidit avaritiā Petrus quoq; claudo (qui ex utero matris sue portabat) ait. Argentū ⁊ aurū nō habeo. sed quod habeo hoc do tibi. In nomine Jesu Christi nazareni surge. ⁊ ambula. Itaq; pecuniā nō dedit. sanitatem dedit. Quāto melius ē salutē habere sine pecunia / q̄ pecuniā sine salute? Surrexit claudus / quod non sperabat. pecuniam non accepit / quam sperabat.

Sed hec vix in sanctis dñi reperit̄ / vt diuitie cōtēpti sint. Ceterū ita incubuerūt mores hoīm. admiratione diuitiaz / vt nemo nisi diues / honore dign⁹ putet. Neq; hic recens vsq; sed iā dudū (quod peius ē) inoleuit hoc vitium hūanis mentib⁹. Siquidē cū Hierico magna ciuitas / tubaz sacerdotaliū sono corruiss; ⁊ Jesu naue potiret̄ victoria / cognouit ifirmatā esse v̄tutē populi per avaritiā. atq; auri cupiditatē. Nā cū de spoliis vr̄bis incēse / sustuliss; Achar vestē aureā ⁊ ducēta argēti didragmata / ⁊ linguā aureā / oblat⁹ dño negare nō potuit. sed perdidit furtū. vetus igit̄ ⁊ antiqua avaritia ē. que cum ip̄is diuine legis cepit oraculis. immo propter ip̄am reprimendā / lex data ē Propter avaritiā / Balaac putauit Balaā p̄mis posse tēptari / vt malediceret populū patz. ⁊ viciss; avaritiā / nisi dñs a maledicto eum abstinere veuisset.

Propter auaritiā precipitatus achar in exitum  
 deduxerat totam plebem parentum. Itaq; Jesus na  
 ue/ qui poterat solem statuere/ ne procederet/ auaritiā  
 hominū non potuit sustere/ ne serperet. Ad vocem eius  
 sol stetit. auaritia non stetit. Sole itaq; stante/ confe  
 cit Jesus triūphum. auaritia autē pcedente/ pene ami  
 sit victoriā. Suid fortissimū omninū Sampson? Non  
 ne Dalide mulieris sue dilecte auaritia decepit? Ita  
 q; ille qui rugientē leonē manibus discerpit/ qui vi  
 ctus/ et alienigenis traditus/ sine vilo adiutore solus  
 dissolutis vinculis/ mille ex his peremit viros/ qui fu  
 nes intextos neruis velut mollia sparti fila dirupit/  
 is super genua mulieris inflexa ceruice/ truncatus in  
 uicti criminis ornatum/ prerogatiuam sue virtutis ami  
 sit. Influxit pecunia in gremiū mulieris. et a viro dis  
 cessit gratia. Feralis igitur auaritia. illecebrosa pecūia  
 que habentes contaminat. non habentes/ non iuuat.  
 Esto tamen vt aliquando adiuet pecunia/ inferiore  
 tamen/ et ipm desiderantem. Suid ad eum qui non de  
 siderat/ qui nō requirit/ qui auxilio eius nō indiget/  
 studio nō flectitur? Suid ad alios/ si ille copiosior q̄  
 habet? Nūquid idcirco honestior qui habet/ per quod  
 honestas plerunq; amittitur? Suid habet quod custo  
 diat magis q̄ quod possideat? Illud enim possidem⁹  
 quo vtimur. Quod autem ultra vsum est/ non vtiq;  
 habet possessionis fructum. sed custodie periculum.  
 Ad summam nouimus / q̄ pecunie contemptus/ iusti  
 tie forma sit. et ideo auaritiā declinare debemus. et  
 omni studio intendere/ ne quid faciamus vnq̄ aduer  
 sus iusticiā. sed in omnibus gestis et operibus custo  
 diamus eam.

Capitulum vndecimum Tres habens partes.

**S**ed volum⁹ cōmēdare nos deo / caritatē habeam⁹  
Unanimes sim⁹ . hūilitatē seq̄mur . alterutrū exi  
stimātes superiorē sibi . Hec ē humilitas / si nihil sibi  
quis arroget . ⁊ inferiore se esse existimet .

Episcopus / vt mēbris suis / vtatur clericis . ⁊ ma  
xime ministris qui sunt vere filii . Quem cuiq; viderit  
aptum muneri / ei deputet . Cum dolore amputat⁹ etiā  
que putruit pars corporis . ⁊ diu tractatur si potest  
sanari medicamentis . si non potest / tunc a medico bo  
no abscondit⁹ . Sic ep̄i affect⁹ boni est / vt optet sana  
re infirmos . serpētia auferre vlcera . adurere aliqua  
non abscondere . Postremo quod sanari nō p̄t / cū do  
lore abscondere . Vnde pulcherrimū illud p̄ceptum ma  
gis eminet / vt cogitemus / non que nostra sunt / sed q̄  
aliorū . Hoc enim modo / nihil erit / quod vel irati / no  
stro indulgeamus affectui / vel fauētes / nostre plus  
iusto tribuamus aliquid voluntati .

Hoc maximū incentiuū misericordie / vt compatiā  
mur alienis calamitatibus . necessitates alioꝝ . quan  
tū possumus inuenimus . ⁊ plus interdū q̄ possumus .  
Melius est enī p̄ misericordia causas prestare / vel  
inuidiā perpeti / q̄ p̄tendere inclementiā / vt nos aliquñ  
in inuidiā incidamus . Quia cōfregerimus vasa misti  
ca / vt captiuos redimerem⁹ ( quod Arriani displice  
re potuerat ) nec tam factū displiceret / q̄ vt esset qd̄  
in nobis reprehēderent . Quis autē est tā durus / immi  
tis / ferreus / cui displiceat q̄ homo redimit⁹ a morte /  
femina ab ipuritatib⁹ barbaroꝝ q̄ grauiōres morte  
sunt / adolescētule vel pueri vel infātes ab idoloꝝ ora  
giis / q̄b⁹ mortis metu inq̄nabant⁹ ? Quā cām / nos q̄si  
nō sine rōe aliq̄ gessim⁹ / tñ ita in populo p̄secuti / su  
m⁹ / vt cōfiteremur multoq; fuisse omodi⁹ astruerem⁹

vt animas dño / q̄ aurū seruarem⁹. Sui enim sine au  
 ro misit apostolos / ecclesias sine auro congregauit. Au  
 rū ecclesia habet. nō vt seruet / sed vt erogat / vt subue  
 niat in necessitatibus. Suid opus est custodire / quod  
 nihil adiuuat? An ignoramus / quantū auri ⁊ argēti  
 de tēplo dñi Assyri sustulerint? Nōne meli⁹ oflāt sa  
 cerdotes ppter alimonā pauperū si alia subsidia de  
 sint / q̄ sacrilegus otaminata asportet hostis? Nōne  
 diciturus est dñs / cur passus es tot inopes fame emo  
 riri? Et certe habebas aurū. ministrasses alimoniam.  
 Cur tot captiui deducti in omertio sunt / nec redēpti?  
 Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat / vt vasa  
 videntū seruares / q̄ metallorū. His nō posset rñsuz  
 referri. Suid enim diceres. Timui ne templo dei orna  
 tus deesset. Respōderet. Aurū sacramenta nō querūt.  
 neq; auro placent / que auro nō emunt. Ornatus sa  
 cramentoz / redemptio captiuoz ē. Vere illa sunt va  
 sa preciosa / que redimūt animas a morte. Ille ver⁹  
 thesaurus est dñi / qui operat / quod sanguis eius ope  
 ratus est. Tunc vas dñici sanguinis agnoscit / cū in  
 utroq; viderit redēptionē. vt calix ab hoste redimat  
 quos sanguis a peccato redemit. Q̄ pulchrū / vt cum  
 agmina peccatorū ab ecclesia redimunt / dicat⁹ hos  
 Christ⁹ redemit. Ecce aurū Christi / quod probari p̄t  
 Ecce aurū vtile. Ecce aurū Christi / quod a morte libe  
 rat. Ecce aurū quo redimit pudicitia. seruat casti  
 tas. Nos ergo malui vobis tradere liberos / q̄ aurū  
 reseruare. Hic nūerus captiuoz / hic ordo p̄stantior ē  
 q̄ species vasculoz. Huic muneri pficere debuit auz  
 redēptoris / vt redimeret periclitātes. Agnosco infu  
 sum auro sanguinē / nō solū rutilasse / verū etiā diuine  
 operationis impressisse virtutē / redēptionis munere.

Tale aurū sanctus martir Laurentius dñō referua  
uit. a quo cū quererētur thesauri ecclesie/ promisit se  
demonstraturū. Sequenti die pauperes duxit. Inter  
rogatus/ ubi essent thesauri quos promiserat/ osten  
dit pauperes. dicens. Hi sunt thesauri ecclesie. Et ve  
ri thesauri. in quibus Christus est. in quib9 fides est  
Deniq; apostol9 ait. Habētes thesaurū in vasis ficti  
lib9. Quos meliores thesauros habet Christ9/ q̄ eos  
i quib9 se esse dixit. Sic enim scriptū ē. Esuriui. ⁊ de  
distis mihi māducare. sitiui. ⁊ dedistis mihi bibere.  
hospes erā. ⁊ collegistis me. Quod enī vini hor9 fecistis  
mihi fecistis. Quos meliores Iesus habet thesauros/  
q̄ eos in quib9 amat videri. Hos thesauros demon  
strauit Laurēt9. ⁊ vicit/ q̄ eos nec persecutor potuit  
auferre. Itaq; Joachim q̄ aurū in obsidiōe seruabat  
nec dispēsabat alimonie sparāde/ ⁊ aurū vidit eripi  
⁊ se in captiuitatē deduci. Laurētius/ q̄ aurū ecclesie  
maluit erogare pauperibus/ q̄ persecutoris referuare  
p̄ singulari sue interptationis viuacitate/ sacrā mar  
tirū accepit coronā. Nunquid dictū ē sancto Laurē  
tio/ nō debuisti erogare thesauros ecclesie/ vasa sacra  
mentorū vendere? In quos vsus/ vasa ecclesie sin dis  
partiēda/ vel qualiter/ quib9 ex causis/ tm̄ opus est  
vt quis fide sincera ⁊ perspicaci p̄uidētia mun9 hoc  
impleat. Sane si in sua aliquis deriuat emolumēta/ cri  
mē est. Sin vero pauperib9 erogat/ captiuū redimit/  
misericordia est. Nemo enim p̄t dicere/ cur pauper vi  
uit. Nemo p̄t queri/ quia captiuū redempti sunt. Nēo  
p̄t accusare/ quia dei templum est edificatū. Nemo  
potest indignari/ quia humādis fidelīū reliquiis/ spa  
cia laxata sunt. Nemo potest dolere/ quia in sepul  
chris Christianorum/ requies defunctorum est.

In his tribus generib9 / vasa ecclesie etiã initiata / cõ  
 fringere / oflare / vendere licet. Opus est / vt de ecclesia  
 mistici poculi forma nõ exeat. ne ad vs9 nefarios / sa  
 cri calicis ministeriũ trãsserat. Ideo itra ecclesiã / pri  
 mü q̄sita sunt vasa / q̄ initiata nõ essent. Deinde omi  
 nita. Postremo cõflata per minutias erogatis dis  
 p̄sata egẽtib9 / captiuoz quoq; p̄cis p̄fecerunt. Sed  
 si defunt noua / 7 q̄ nequaq; initiata videãt / i h9mõ  
 vs9 quos supra dixi9 / oĩa arbitror pie posse ouerri  
 Capitulum duodecimum Vnam continens partẽ .

**I**lud sane 7 diligenter tuendum est / vt deposita  
 viduarum intemerata maneant. sine vlla seruẽ  
 tur offensione. Non solum viduarum / sed etiam om  
 num. Fides enim exhibenda est omnibus. sed maior  
 est causa viduarum 7 causa pupillorum. Deniq; hoc  
 solo viduarũ nomine ( sicut in libris machabeorũ le  
 gitimus ) cõmendatũ templo / omne seruatiũ est. Nã cuz  
 iudiciũ factũ esset pecuniarũ / quas in tẽplo hieroso  
 limis maximas repperiri posse Symõ nefari9 / Anthi  
 ocho regi prodidit / missus in rem Heliodorus / ad tẽ  
 plum venit. 7 summo sacerdoti aperuit iudiciũ iudiciã  
 7 aduentus sui causam. Tũc sacerdos deposita esse di  
 xit viduarũ. 7 victualia pupilloz. Cum Heliodor9  
 ereptũ ire vellet / 7 regis vendicare cõmodis / sacerdo  
 tes ante altare iactauerũt se induci sacerdotales sto  
 las. 7 deũ viuũ q̄ de depositis legẽ dederat flẽtes inuo  
 cabant / custodẽ se p̄ceptoz prestare suoz. Vult9 ve  
 ro 7 color summi sacerdotis immutatus / declarabat  
 dolorem animi 7 mentis intente sollicitudinem . Fle  
 bant omnes / q; in contemptũ locus ventur9 foret / si  
 nec in tẽplo dei tota fidei seruaret custodia. Accincte  
 q; mulieres peccus / 7 clausẽ virgines / pulsabãt tanuã

Ad muros alii currebant. per fenestras alii prospecta-  
bant/omnes ad celum tendebant manus orantes/ vt  
suis dñs adesset legibus. Heliodorus aut̄ nec is terri-  
tus/quod intenderat urgebat. ⁊ satellitibus suis era-  
riū sepserat/cuz subito apparuit illi terribilis eques  
armis prefulgēs aureis. equus aut̄ eius erat insigni  
ornatus operatorio. Alii quoq; duo iuuenes apparu-  
erūt in virtute inclita. decore grato. cū splendore glo-  
rie/spectosi amictu. qui circūsteterunt eum. ⁊ utraq;  
ex parte flagellabāt sacrilegū/sine vlla intermissione  
cōtinuato verberare. Quid multa? Circūsusus caligine  
in terram cecidit. ⁊ euidenti diuine operationis indi-  
cio/examinatus iacebat. nec vlla spes in eo restitabat  
salutis. Vborta ē leticia metuentib; metus superbis.  
Deiectiq; ex amicis Heliodori quidaz/rogabāt Dñiā  
vt vitam posceret ei. qm̄ sup̄remū gerebat spiritum.  
Rogante itaq; sacerdote summo/iidem iuuenes iteruz  
Heliodoro apparuerūt/isdem amicti vestibus. ⁊ dixe-  
runt ad eum. Dñie summo grās age sacerdoti. ppter  
quē tibi vita est reddita. Tu aut̄ expertus dei flagel-  
la/vade ⁊ ānuncia tuis omnibus/quātū cognoueris  
templi religionē/ ⁊ dei potestātē. His dictis non com-  
paruerunt. Heliodorus itaq; recepto spiritu hostiam  
dño obtulit. Dñie sacerdoti grās egit. ⁊ cū exercitu /  
ad regem reuersus est dicens. Si quem habes hostem /  
aut insidiatorem rerum tuarum/illum illuc dirige. ⁊  
flagellatum recipies eum. Seruanda est igitur filii de-  
positis fides. adhibenda diligentia. Egregie hinc  
vestrum enitescit ministerium / si suscepta impressio  
potentis/quam vel vidua vel orphani tolerare non  
queant/ecclesie subsidio cobibeatur. Si ostēdatis pl;  
apud vos mandatum dñi q̄ diuitis valere gratiā.

meministis ipsi quotiens aduersus regales impetus /  
 pro viduarum immo omnium depositis / certamen subie-  
 rimus. Comune hoc vobiscum / mihi recens / exemplum ec-  
 clesie ticiensis proferam. que vidue depositum / quod sus-  
 ceperat / amittere periclitabatur. Interpellate enim eo /  
 qui sibi illud imperiali rescripto vendicare cupiebat  
 clerici contendebant autoritate. Honorati quoque et in-  
 tercessores dati / non posse preceptis imperatoris obui-  
 ari / ferebant. Legebatur rescripti forma. director ma-  
 gister officiorum statuta agens in rebus / imminebat.  
 Quid plura? Tradendum erat. tunc communicato mecum  
 consilio / obsedit sanctus episcopus ea conclaua / ad quam trans-  
 latum illud depositum vidue cognouerat. Quod ubi  
 non potuit auferre / receptum est sub cyrographo. Post-  
 ista iterum flagitabat ex cyrographo. preceptum impe-  
 rator iterauerat. ut ipse per semetipsum nos conueniret.  
 Negatum est. et exposita diuine legis autoritate / et serie  
 lectionis / et Heliodori periculo / vix tandem rationem im-  
 perator accepit. Post etiam temptata fuerat obreptio  
 sed preuenit sanctus episcopus. ut redderet vidue quod acce-  
 perat. Fides interim salua est. impressio non est for-  
 midini. quia res / non fides / periclitabatur.

Capitulum tredecimum Unam continens partem.

**F**ilii. fugite improbos. caute infidos. Inter impro-  
 bum et inuidum hoc interest. Improbus suo delecta-  
 tur bono. inuidus torquetur alieno. Ille diligit ma-  
 la / hic bona odit. ut prope tolerabilior sit / qui sibi  
 vult bene / quam qui male omnibus. Filii ante factum  
 cogitate. et cum diutius cogitaueritis / tunc facite quod  
 probatis. Laudabilis mors. cum occasio datur / ra-  
 pienda est. Illico dilata gloria fugit. nec facile compre-  
 hendit. Fidem diligit / quam per fidem et dilectionem /

Jostas magnum ab aduersariis amorem acquisiuit/  
qm̄ celebrauit pascha dñi/cū esset annorū decem ⁊ oc  
to/quēadmodum nemo ante eum. Celo itaq; ut vicit  
superiores/ita ⁊ vos filii zelum dei sumite. Exquirat  
vos dei zelus/ ⁊ deuoret. ut vnusquisq; vestrū dicat  
Exquisiuit me zelus domus tue. Apostolus Christi  
Zelotes dictus est. Guid de apostolo dico? Ipse dñs  
ait. Zelus domus tue comedit me. Sit ergo inter vos  
dei zelus. non iste humanus que inuidiam generat.  
Sit inter vos pax. que exuperat omnem sensuz. Ama  
te vos inuicem. nihil caritate dulcius. nihil pace gra  
tius. Et vosp̄i scitis/ q; pre ceteris vos semper dile  
xi/ ⁊ diligo. quasi vnus patris filii/ coaluistis in affe  
ctu germanitatis. Sue bona sunt tenete. ⁊ deus pacis  
⁊ dilectionis erit vobiscum in domino Iesu. Cui ē ho  
nor: ⁊ gloria/ ⁊ magnificentia/ ⁊ potestas. cū sancto  
sp̄ritu in secula seculorum.

**A**mbrosii Doctoris eximii Liber secundus in quo  
de Utili/Officiisq; ad vitam consequendum beatam  
disputatur/ Finit feliciter.

**T**ertius in quo de honesti/ Utilisq; comparatiōe  
(puta quod illorū sit dignibilis) differitur/ incipit.  
⁊ in quattuor partitur tractatus.

**T**ractatus primus quasi probemialis/ ostendens  
sanctos/priores philosophis/laudabiles fore ocio /  
vtili solitudineq; fructuosa/ ⁊ iporum sanctorū ocīū  
⁊ solitudinem / philosophorum ocio atq; solitudine  
honestate vtilitateq; precellere/ Vnum continet capi  
tulum/quod in Duas diuiditur partes.

**Q**uid propheta docuit nos / tāq̄ in am-  
 pla domo deābulare in corde nr̄o . et  
 cōuersari cū eo / tāq̄ cū bono cōtuber-  
 nali . vt ip̄e sibi diceret / 7 loqueret̄ se  
 cū . vt est . Dixi / custodiam vias meas  
 Salomon quoq̄ fili⁹ eius / dicit . Bi-  
 be aquā de tuis vasis . 7 de puteorū tuorū fontibus  
 hoc est tuo cōsilio vt̄re . Aqua enim alta / cōsiliū in  
 corde viri . Nemo (inquit) alienus particeps sit tibi .  
 fons aque tue sit tibi pprius . 7 iocundare cū vxore  
 tua . que est tibi a iuuentute . Teruus amicitie / 7 pulli  
 gratiarū / cōfabulentur tecū . Nō ergo prim⁹ Scipio  
 scinit solus non esse / cum solus esset . nec minus ocio-  
 sus / cum otiosus esset . Sciunt ante ip̄m Moyses . qui  
 cū taceret / clamabat / cū ocio⁹ staret / preliabat̄ . Nec  
 solū preliabat̄ / sed etiā de hostibus quos nō origerat  
 triūphabat̄ . Nō deo otiosus / vt manus eius alii sustine-  
 rent . Nec minus q̄ ceteri negociosus / qui otiosis ma-  
 nibus expugnabat hostem / quē nō poterāt vincere q̄  
 dimicabant . Ergo Moyses / 7 in silentio loquebatur  
 7 in ocio operabat̄ . Cuius aut̄ maiora negocia / q̄ hu-  
 ius ocia / qui q̄draginta diebus posit⁹ in mōte / totā  
 legem cōplexus est / 7 in illa solitudine qui cū eo loq̄-  
 retur non defuit ? Vnde et Dauid ait . Audiam quid  
 loquatur in me dominus . Et quantoplus est / si cum  
 aliquo deus loquatur / q̄ ip̄e secum ? Transibant apo-  
 stoli . 7 umbra eorum curabat infirmos . tangebantur  
 vestimenta eorum . 7 sanitas defluebat . Sermonem lo-  
 cutus est Helias . 7 pluuia stetit . nec cecidit super ter-  
 ram tribus annis / 7 sex mensibus . Iterum locutus  
 est / et idria farine non defectit . et vas olei toto fa-  
 mis diurne tempore / non est exinanitum .

Et quā plerofq; delectant bellica / quid ē p̄stantius / ex  
ercitus magni lacertis / an solis meritis / cōfecisse pre  
lium? Sedebat Heliseus in vno loco. ⁊ rex Syrie ma  
gnā belli molem inferebat populo patruz. diuersifq;  
consiliorū acerbabat fraudibus. ⁊ circūuenire insto  
is mollebat. Sed omnes eius apparatus p̄pheta  
deprehendebat. ⁊ vigore mentis / per gratiā dei ubiq;  
presens / cogitationes hostium suis ānunciabat. ⁊ mo  
nebat / quib; cauerent locis. Quod ubi regi Syrie ma  
nifestatum est / missō exercitu clausit prophetam. Dra  
uit Heliseus. ⁊ omnes eos cecitate percuti fecit. ⁊ cap  
tinos intrare in samariam / qui venerant obsidere eā.

Conferamus hoc otium cum aliorum ocio. Alii enī  
requiescendi causa / abducere animum a negociis so  
lent. ⁊ a conuentu cetuzq; hominum subtrahere sese. et  
aut ruris petere secreta. ⁊ captare agrorum solitudi  
nes / aut intra urbem vacare animo. ⁊ indulgere que  
ti ⁊ tranquillitati. Heliseus autem aut in solitudine  
Iordanem transitu suo diuidit. vt pars defluat poste  
rior superior autem in fontem recurrat / aut in carme  
lo resoluta difficultate generandi inopinata / sterile  
conceptione fecundat / aut resuscitat mortuos / aut ci  
borum temperat amaritudines / ⁊ facit farine amixti  
one dulcescere / aut decem panibus distributis / reli  
quias collegit plebe saturata / aut ferrum securis ex  
cussim / ⁊ in fluvii Iordanis mersum profundo / missō  
in aquas ligno facit supernatere / aut emundat lepro  
sum / aut siccitatem imbribus aut famem mutat fecū  
ditate. Quanto ergo iustus solus est / qui cum deo  
semper est? Quanto solitarius est / qui nunq; separa  
tur a Christo? Quis nos separabit (iquit) a dilectiōe  
Christi? Cōfido / q̄a neq; mors. neq; vita. neq; āgel?

Bñ aut̄ feriat̄ a negotio / qui nunq̄ feriat̄ a merito  
 quo cōsumat̄ negotiū? Quibus aut̄ locis circūscribit̄  
 cui totus mūdus diuitiaz possessio est? Sua estima  
 tione definit̄ / qui nunq̄ opinione cōprehendit̄? Etenī  
 quasi ignorat̄ / et cognoscit̄ . q̄si morit̄ / et ecce uiuit.  
 quasi tristis / et semper letior . ut egenus / et largus . q̄ ni  
 bil habeat et possideat oīa . Nihil enī spectat vir iust⁹  
 nisi quod cōstans et honestū ē . Et ideo etiā si alii vi  
 deat̄ pauper / sibi diues ē . qui nō eoz que caduca / s; z  
 eoz que eterna sunt estimatione censetur .

Tractatus secundus in quo differēt si inter hone  
 stum et utile tanq̄ inter se repugnantia facienda sit  
 comparatio / Duo continet capitula .

Capitulum primum Duas habens partes .

**E**t quoniā de duobus superiorib⁹ locis dixim⁹  
 in quib⁹ honestum illud / et utile tractauimus /  
 sequitur utrū honestatem . et utilitatem inter se com  
 parare debeamus / et querere quid sit sequendum . Si  
 cut enim supra tractauimus utrum honestū illud an  
 turpe esset . et secundo loco utrum utile an inutile . si  
 militer hoc loco utrum honestum sit an utile / nonnul  
 li requirendum putant .

Nos aut̄ monem⁹ (ne hec inter se velut compugnā  
 tia inducere videamur / q̄ iā vnū supra oñdim⁹) nec  
 honestū eē posse / nisi quod utile / nec utile nisi quod ho  
 nestū . quia nō sequimur sapientiā carnis / apud quā  
 utilitas pecuniarie istius cōmoditatis pluris habet̄  
 sed sapientiā q̄ ex deo est . apud quā ea q̄ i hoc seculo  
 magna estimant̄ / p̄ detrimento habent̄ . Hoc ē enī ca  
 thortoma . quod perfectū et absolutum est officium /  
 a vero virtutis fonte proficiatur . Cui secundum /  
 est commune officium . quod ip̄o sermone significat̄ /

nō esse ardue virtutis / ac singularis / quod p̄t pluri  
b9 esse cōe. Nā pecunie cōpendia captare / familiare  
multis ē. Elegātiorē conuiuiō ⁊ suauiorib9 delectari  
epuls / uisitatū ē. Jeiunare at ⁊ continentē eē / paucorū  
ē. alieni cupidū nō eē / rarū ē. Cōtra at / detrabere vel  
le alteri. ⁊ nō eē cōtentū suo. Nā i hoc cū plerisq; con  
fortiū ē. Alia igit̄ prima. alia media officia. Prima  
cū paucis. media cū plurib9. Deniq; in iisōē v̄bis fre  
quēter discretio ē. Aliter enī bonū deū dicim9 / aliter  
hominē. Aliter iustū deū appellam9 / aliter hoīem. Si  
militer ⁊ sapientē deū aliter dicim9 / aliter hoīem. Sed  
⁊ in euāgelio docemur. Estote ergo perfecti / sicut ⁊ pa  
ter vester q̄ in celis ē perfect9 ē. Ip̄m Paulū lego per  
fectū / ⁊ nō perfectū. Nā cū dixisset / nō q̄ iā acceperiz  
aut iā perfectus sum / sequor autē ut comprehendā / sta  
tim subiicit. Quicumq; enim perfecti sumus. Duplex ē  
enim forma perfectiōis. Alta medios / alta plenos nu  
meros habens. Alta hic / alta ibi. Alta secundū hoīs  
possibilitatem / alta secundū perfectionē futurā. Deus  
autē iustus per omnia. sapiens super omnia. perfect9  
in omnibus. Inter ip̄os quoq; homines distantia ē.  
Aliter Daniel sapiens est / de quo dictū ē / quis Danie  
le sapientior? aliter alii sapientes. aliter Salomon / q̄  
repletus ē sapiētia super omnē sapiētia antiquorū  
⁊ super oēs sapientes egypti. Aliud ē enī cōmuniter  
sapere aliud sapere perfecte. Quī cōiter sapit / p̄ tēpo  
ralib9 sapit / pro se sapit. ut alteri detrabat aliquid  
⁊ sibi adiungat. Quī perfecte sapit / nescit sua specta  
re cōmoda. sed ad illud quod eternū ē / quod decorū at  
q; honestū / toto affectu intendit. querens non quod  
sibi vtile est / sed quod omnibus.

Capitulum secundum Quattuor habens partes.

**I**Taq; hec sit formula. vt inter duo illa honestū  
 atq; vtile errare nequeamus. eo q; iustus nihil  
 alteri detrahendū putet. nec alterius incōmodo suum  
 cōmodum augere velit. Hanc formulā tibi prescribit  
 apostolus dicens. *Via licent/ sed nō ōnia expediunt.*  
*Via licent/ sed nō ōia edificant.* Nemo quod suū ē q̄  
 rat. sed quod alteri9. Hoc ē. Nemo cōmodū suū q̄rat.  
 sed alterius. vnde ⁊ alibi dicit. *Alter alterū existimā*  
*tes superiorē sibi . nō q̄ sua sunt singuli cogitantes/*  
*sed que aliorū.* Nemo etiā suā grām querat. nemo suā  
 laudem. sed alterius. Quod euidenter etiam in prouer  
 bijs declaratum esse aduertimus. dicente sancto per  
 Salomonem spiritu. *Fili si sapiens fueris/ tibi sapi*  
*ens eris ⁊ proximis. si autem malus euaseris/ solus*  
*hauries mala.* Sapiens enī alius consultit/ sicut iust9  
 quāquidem consors sui est/ vtriusq; forma virtutis.  
 Si quis igit vult placere omnib9 per ōia/ querat nō  
 quod sibi vtile/ s; quod multis. sicut q̄rebat ⁊ paul9.  
 Hoc ē enim cōformari Christo. alienū nō q̄rere. nihil  
 alteri detrahere/ vt acquirat sibi. Christ9 enim dñs /  
 cū ess; in dei forma/ exinaniuit se. vt formā susciperet  
 hominis. quā operū suoz locupletaret virtutib9. Tu  
 ergo spoliās/ quē Christus induit. Tu exuis quē ve  
 stiuit Christus? hoc enim agis/ quando alterius detri  
 mento/ tua commoda augere experis.

Considera homo/ vnde nomē sumpseris. Ab humo  
 vtiq; que nihil cuiq; eripit. sed omnia largitur om  
 nibus. ⁊ diuersos in vsum omnium animantiū fruc  
 tus ministrat. Inde appellata humanitas / specialis  
 ⁊ domestica virtus hōis. que consortē adiuuet. Ip̄a  
 te doceat forma tui corporis. mēbrorūq; vs9. Nūq̄o  
 membrū tuū/ alterius membri officia sibi vendicat/

ut oculus officium oris / aut os oculi officium sibi ven  
dicet / aut manus pedum ministerium / aut pes manuum &  
Guinetiam ipse manus dextra ac sinistra / dispartita ha  
bet officia pleraque. ut si usum commutes utriusque / ad  
uersum naturam sit. priusque totum hominem exuas / quam me  
broz tuorum ministeria ouertas. si aut de sinistra cibum  
suggeras / aut dextra fugaris ministerio sinistre ut re  
liquas ciborum abluat. nisi forte poscat necessitas. Fige  
hanc et da oculo virtutem / ut possit detrabere sensum ca  
piti / auditum auribus / menti cogitationes / odoratum nari  
bus / ori saporem et sibi offerat / nonne omnem statum dissoluet  
nature? Unde pulchre apostolus ait. Si totum corpus  
oculus / ubi auditus? Si totum auditus ubi odoratus?  
Vides ergo unum corpus sumus. et diuersa membra. scilicet omnia  
corpori necessaria. Non enim potest membrum dicere de me  
bro / non est mihi necessarium. quinetiam ipsa que videntur  
infirmitate membra esse / multo magis necessaria sunt. et  
maiores plerumque tuendi se / requirunt sollicitudinem. et si  
quid dolet membrum unum / compatuntur ei et omnia membra.  
Unde quod graue est / ut detrahamus aliquando ei cui nos  
comparari oportet / et cui debemus consortium ministerium / ei  
fraude et noxe sumus? Hoc utique lex nature est / que  
nos ad omnem stringit humanitatem / ut alter alteri  
tanquam unus partes corporis inuicem deferamus. Nec  
detrahendum quicquam putemus / cum contra nature le  
gem sit / non iuuare. Sic enim nascimur / ut consentiant  
membra membris. et alterum alteri adhereat. et obse  
quantur sibi mutuo ministerio. Quod si unum desit offi  
cio suo / impediuntur cetera. Quod si eruat oculum ma  
nus / nonne sibi operis sui usum negauit? Si pedem vulne  
ret / quorum sibi actuum profectum inuiderit? Et quanto  
grauius est totum hominem / quam unum membrum detrahi?

Jam si in uno membro: totū corpus violat' / vūq;  
 in uno homine / cōmunio totius humanitatis soluit'  
 violat' natura generis humani . ⁊ sancte ecclesie con-  
 gregatio / que in vnum connexum corpus / atq; com-  
 pactum vnitae fidei ⁊ caritatis assurgit / violabit' .  
 Christus quoq; dominus / qui pro vniuersis mortu-  
 us est / mercedem sanguinis sui euacuatam dolebit .

Quid q; etiā lex dñi / hanc formā edocet / vt nihil al-  
 teri detrahās / tui cōmodi seruādi grā / cum dicit / nō  
 trāstferas terminos antiquos quos statuerūt patres  
 tui / cū vitulū errantem fratris tui reducendū preci-  
 pit / cū furem mori iubeat / cui; vetat mercenariū debi-  
 ta mercede fraudari / cū pecuniā sine vsuris reddendā  
 censet / Subuenire enī nō habēti / humanitatis ē . Duri-  
 tie aut' plus extorquere q̄ dederis . Et enī si ideo ino-  
 pi tuo auxilio erat op' / quia nō habuit unde de suo  
 redderet / nōne impiū ē / si sub hūanitatē simulatione  
 āplius ab eo postcas / qui nō habebat unde min' redde-  
 ret / Absoluis igit' alteri debitorē / vt cōtemnes tibi .  
 ⁊ hāc hūanitatē vocas / vbi ē iniquitatis auctio . Hoc  
 prestam' ceteris aiantib' / q; alia genera aiantū / cō-  
 ferre aliquo nesciūt . Fere aut' eripiūt . boīes tribuūt .  
 Vñ ⁊ psalmista . Justus miseret' . ⁊ tribuet . Sunt tñ  
 quib' ⁊ fere offerāt . Si quidē collatiōe sobolē suā nu-  
 triūt . ⁊ aues cibo suo pullos satiāt suos . hōi at' soli  
 tributū ē / vt oēs tāq; suos pascat . Debet istud ipō na-  
 ture iure . Quod si nō licet nō dare . q̄nō detrahēre licet' .  
 Nec ipse leges nos docent . cū ea que detracta sunt ali-  
 cui cum iniuria persone / aut rei ipsius cumulo / resi-  
 tui iubent . quo furem a detrahendo / aut penis deterre-  
 ant / aut mulcta reuocent . Non e tamen q; aliquis pos-  
 sit / aut penam non timere / aut mulctam illudere .

Hinc quid dignū est/ vt aliquis alteri detrahat. Seru-  
le hoc vitium. ⁊ familiare vltime cōditioni. Ad eo con-  
tra naturam/ vt inopia magis hoc extorquere videat-  
tur/ q̄ natura suadere. Seruoz tñ occulta furta/ diui-  
tū rapine publice. Suid aut tā contra naturā/ q̄ vio-  
lare alterū/ cui cōmodi causa/ cum pro omnibus excu-  
bandū/ subeundas molestias/ suscipiendū laborē na-  
turalis affectus persuadeat/ ⁊ gloriosuz unicuiq; du-  
catur/ si periculis ppriis q̄rat vniuersorū tranquil-  
litatem/ multūq; sibi vnusquisq; arbitretur gratus ex-  
cū oia patrie reppulisse/ q̄ ppria pericula/ pstantiusq;  
sibi esse existimet q̄ operā suā patrie impenderit/ q̄ si  
in ocio positus tranquillā vitā voluptatū copis sū-  
ctus egisset? Hinc igit colligit/ q̄ homo/ qui secūduz  
nature format⁹ ē directionē vt obediat sibi / nocere  
nō possēt alteri. Quod si cui nocet/ naturā violet/ neq;  
tantū est cōmodi/ quod adipisci sese putet/ quantū  
incōmodi/ quod ex eo sibi accidat. Sive enīz pena gra-  
uior/ q̄ interioris vulnus conscientie? Quod seuerius  
iudicium/ q̄ domesticū/ quo vnusquisq; sibi est reus/  
seq; ipse arguit / q̄ iniuriam indignē fratri fecerit?  
Quod non mediocriter scriptura commendat. dicēs.  
Ex ore stultorum baculum contumelie. Stulticie igit  
condemnatur/ qui contumeliam facit. Nonne hoc ma-  
gis fugiendum/ q̄ mors/ q̄ dispendium q̄ inopia/ q̄  
exilium/ q̄ debilitatis dolor? Quis enīz vitium corpo-  
ris aut patrimonii damnum/ non leuius ducat vitio  
animi/ ⁊ existimationis dispendio?

Liquet igit id expetendū ⁊ tenendū omnibus / q̄  
eadem singulorū sit vtilitas / que sit vniuersoz. nihil  
q̄ iudicandū vtile/ nisi quod in cōmune proficit. Sūo  
enī nō potest vni prodesse quod inutile sit omnibus?

Mihi certe non videtur qui inutilis est omnibus / si  
 bi utilis esse posse. Etenim si vna lex nature omnibꝫ  
 vna vtiqꝫ utilitas vniuersorum. Quod si vna utilitas  
 vniuersorū / ad consulendū vtiqꝫ omnibus nature lege  
 constringimur. Non est igitur eius qui consultū velit  
 alteri secundū naturā / nocere ei aduersum legē natu  
 re. Etenim si hi qui in stadio currunt / ita feruntur pre  
 ceptis informari atqꝫ instrui / vt vnusquisqꝫ celerita  
 te nō fraude cōtendat / cursuqꝫ quantū p̄t ad victoriā  
 p̄peret / supplātare autē alterū aut manu deicere non  
 ausit / quātomagis in hoc cursu vite istius / sine frau  
 de alterius ꝛ circūscriptione / gerenda nobis victoria  
 est. Euerunt aliqui / si sapiens in naufragio positus /  
 insipienti naufrago tabulā extorqꝫre possit / verū de  
 beat. Mihi quidem / ꝛ si p̄stabiliꝫ cōi videat / vsui sa  
 pientē de naufragio q̄ insipientē euadere / tñ nō videt  
 qꝫ vir christianꝫ ꝛ iustꝫ ꝛ sapiens / q̄rere sibi vitā ali  
 ena morte debeat. vtpote qui etiā si latronē armatū  
 incidat / ferientē ferire nō possit. ne dū salutem defen  
 dit / pietatē otaminet. De quo in euāgeli libris aper  
 ta ꝛ euidentis sententia ē. Reconte gladiū tuū. Omnis  
 enī qui gladio percusserit / gladio feriet. Quis latro  
 detestabilior / q̄ persecutor / qui venerat vt Christus  
 occideret? Sed noluit se Christus persecutorꝫ defendi  
 vulnere / qui voluit suo vulnere omnes sanare. Cur  
 enim te potiorē alteri iudices / cum viri sit christiani  
 p̄ferre sibi alterū / nihil sibi arrogare / nullū sibi hono  
 rem assumere / non vendicare premiū sui meriti? Dein  
 de cur nō potius tolerare incommodū / q̄ alienū omo  
 dum diripere assuescas? Quid tam aduersus naturā /  
 q̄ nō esse contentū eo quod habeas / aliena querere /  
 ambire turpiter? Nam si honestas secundum naturā

Omnia enī deus fecit bona valde) turpitudine vsq;  
cōtraria est. Nō potest ergo honestati cōuenire ⁊ tur-  
pitudini. cum hec inter se discreta nature lege sint.

Tractatus tertius ostendens quid de honesti Viri  
lisq; repugnantia ac comparatione tenendum sit/ pre-  
dictam insequendo formulam/ Nouem complectitur  
capitula.

Capitulum primum Tres habens partes.

**S**ed iam vt etiam in hoc libro ponamus fa-  
stigium. in quo velut in fine disputatiōis  
nostre/ dirigamus sententiā/ vt nihil expe-  
tendū sit/ nisi quod honestum. Nihil nāq;  
agit sapiens. nisi quod honestū sit/ nisi quod cū sūc-  
ricate sine fraude sit. neq; quicq; facit/ in quo se crimi-  
ne quoq; obliget/ etiā si latere possit. Sibi enim reus  
priusq; ceteris. Nec tam pudēda apud eū publicatio  
flagitij/ q̄ cōscientia est. Quod nō fictis fabulis (vt  
philosophi disputāt) sed verissimis iustoz viroz exē-  
plis docere possumus. Non igit̄ ego simulabo terre-  
byatum. que magnis quibusdā dissiluerit soluta im-  
brib; in quem descendisse Gyges/ atq; sibi fabulariū  
illum equū eneam offendisse/ a platone inducit. qui ī  
laterib; suis fores haberet. Quas vbi aperuit/ āma ad-  
uertit anulū aureum in digito mortui hoīs. cui; illic  
exanime corp; iaceret. auriq; aurū sustulisse anulum.  
Sed cū se ad pastores recipisset regios/ de quoz ipse  
nūero foret/ casu quodā q; paleā eius anuli ad palmā  
cōuerterat/ ipse oēs videbat. atq; a nullo videbatur.  
Deinde cū in locū suū reuocasset anulū/ ab ōnibus vi-  
debat. Cuius sollers factus miraculi/ per anuli opor-  
tunitatem/ regine stupro potitus/ necem regi intulit  
ceterisq; interemptis quos necandos putauerat.

(ne sibi impedimento forent) Lydie regnū adeptus est. Da (inquit) hunc anulū sapienti/ vt beneficio eius possit latere/ cum deliquerit. Non enim minus fugiet peccatorū contagiū/ q̄ si nō possit latere. Non enim latebra/ sapienti spes impunitatis/ sed innocentia est. Deniq; lex nō iusto. sed iniusto posita est. quia iustus legem habet mentis sue. ⁊ equitatis ac iustitie sue normam. Ideoq; non terrore pene reuocatur a culpa. sed honestatis regula.

Ergo vt ad propositum redeamus/ non fabulosa pro veris/ sed vera pro fabulosis exempla proferā. Suid enim mihi opus est/ fingere terre byatum. equū eneum. anulūq; aureum in digito defuncti reperitū/ cuius anuli tāta sit vis/ vt pro arbitrio suo qui eū sit indout⁹ anulū/ appareat cum velit/ cū autē nolit/ e cōspectu se p̄ntiū subtrahat/ vt p̄ns nō possit videri. Nempe eo tendit istud/ vtrū. Sapiens etiā si isto vta tur anulo quo possit p̄pria flagitia celare/ ⁊ regnuz assequi/ nolit ne peccare/ ⁊ grauius ducat sceleris cōtagiū penarū dolorib⁹/ an vero spe impunitatis vta tur ad perpetrandū scel⁹? Suid inq; mihi opus ē figmento anuli/ cum possim docere ex reb⁹ gestis/ q; vir sapiens/ cū sibi in peccato non solum latendum/ sed etiā regnandū videret si peccatū admitteret/ cōtra at periculum salutis cerneret si declinaret flagitiū/ eligeret tamen magis salutis periculū vt vacaret flagitio q̄ flagitium quo sibi regnū pararet? Deniq; Dauid (cū fugeret a facie regis Saul/ cū eū rex cū tribus milibus virorū electorū ad insi ferendā necem i deserto quereret) ingressus in castra regis/ cū dormientē ostē disse/ non solū ipse nō percussit/ sed etiā protegit/ ne ab aliquo qui simul ingressus fuerat/ perimeretur.

Nam cum diceret ei Abisay / cōclusit dominus hodie  
inimicum tuum in manibus tuis / ⁊ nunc occidam eū /  
respondit. Non consumas eum. Quoniam quis intici  
et manum suam in Christum domini / ⁊ purus erit .  
Et addidit. viuit dominus. quoniam nisi dominus  
percussisset illum / aut ni hora illius venerit vt moria  
tur / aut in pugna discesserit / ⁊ apponatur mihi / non  
sit a domino inticere manū meam in Christum domi  
ni. Itaq; non permisit necari eum. sed solam lanceam  
que erat ad caput eius / ⁊ lenticulam / sustulit aque.  
Itaq; dormientibus cunctis / egressus de castris / transi  
uit in cacumen montis. ⁊ coarguere cepit stipatores  
regios. ⁊ precipue principem militie Abner. q; nequa  
q̄ fidam adhiberet custostodiam regi ⁊ domino suo.  
Deniq; demonstraret vbi esset lancea regis / vel lenti  
cula. que erat ad caput eius. Et appellatus a rege / lā  
ceam reddidit. Et dominus inquit restituat unicuiq;  
iustitias suas / ⁊ fidem suam . sicut tradidit te domi  
nus in manus meas. ⁊ noluit vindicare manu mea in  
Christum domini. Et cum hec diceret / timebat tamen  
insidias eius. ⁊ fugit sedem exilio mutans. Nec tamē  
salutem pretulit innocentie. cum iam secundo faculta  
te sibi tributa regis necandi. noluisset vti occasionis  
beneficio. que ⁊ securitatem salutis metuenti / ⁊ regnū  
offerebat exult. Vbi opus fuit Joanni / gygeo anu  
lo / qui si tacuisset / non esset occisus ab Herode ? Pre  
stare hoc illi potuit silentium suū / vt ⁊ videretur / et  
non occideretur. Sed quia non solum peccare se prop  
ter salutis defensionem passus non est / sed ne alienū  
quidem peccatū ferre ac perpeti potuit / ideo in se cau  
sam neccis excitauit. Certe hoc negare non possunt po  
tuisse fieri vt taceret / qui de illo gyge negat potuisse

fieri ut anulum beneficio absconderetur.

Sed fabula et si vim non habet veritatis / hanc ta-  
men rationem habet / ut si posset celare se vir iustus /  
tamen ita peccatum declinet / quasi celare non possit.  
Nec personam suam inducus anulum / sed vitam suam  
Christo inducus abscondat. sicut apostolus ait. quia  
vita nostra abscondita est cum Christo in deo . Ne-  
mo ergo fulgere querat. nemo sibi arroget. nemo se ia-  
ctet. Nolebat se Christus hic cognosci. nolebat predi-  
cari in euangelio nomen suum / cum in terris versare  
tur. Venit ut lateret seculum hoc . Et nos ergo simili  
modo abscondamus vitam nostram / Christi exemplo.  
Fugiamus iactantiam / predicari non expetamus . Ad-  
huc est hic esse in humilitate . ibi in gloria . Cum  
Christus (inquit) apparuerit / tunc et vos cum illo ap-  
parebitis in gloria . Non vincat igitur honestatem  
utilitas. sed honestas utilitatem. Hanc dico utilita-  
tem / que existimatur secundum vulgi opinionem .

Capitulum secundum Tres habens partes.

**M**ortificetur auaritia. moriatur concupiscentia .  
Sanctus in negotiationem introisse se negat .  
quia preciorum captare incrementa / non simplicita-  
tis / sed versute est. Et alius ait. Captans precia fru-  
menti / maledictus in plebe . diffinita sententia nihil  
disputationis relinquens . Quate controuersie gen9  
solet dicendi esse / cum alius alleget agriculturam lau-  
dabilem apud omnes haberi. fructus terre simplices  
esse. plus qui seminauerit eum probatiorem fore. ube-  
riores reditus industrie non fraudari. negligentiam  
magis et iniuriam ruris inculti reprehendi solere. Ara-  
bi (inquit) studiosius. uberius seminant. diligentius  
excolunt. bonos collegi prouentus. sollicitus recedi .

k

seruani fideliter. prouide custodiu. Hunc in tempo  
re famis uendo. subuenio esurientibus. uendo frumen  
tum non alienum / sed meuz. non plus q̄ ceteri. immo  
etiam minori precio. Quid hic fraudis est / cum multi  
possent periclitari / si nō haberent quod emerent? Nū  
industria crimen uocatur? Num diligentia reppen  
ditur? Num prouidētia uituperatur? Fortasse dicat  
⁊ Joseph frumenta in abundantia collegit. in carita  
te uendit. Num carius aliquis emere compellitur?  
Num uis adhibetur emptori? Omnibus defertur emē  
di copia. nulli irrogatur iniuria.

His igitur quantum cuiusq̄ fert ingenium dispu  
tatis / exurgit alius dicens. Bona quidem agricultu  
ra / que fructus ministrat omnibus / que simplici ion  
stria accumulat terrarum fecunditatem / nihil uolū / ni  
hil fraudis interserens. Deniq̄ si quid uitii fuerit  
plus dispendii est. quia si bene aliquis seminauerit /  
melius meret. Si sincerū tritici granū seuerit / puriorē  
ac sinceram messem colligit. Secunda terra / multipli  
catum reddet quod acceperit. Fidelis ager / fenerator  
solet restituere prouentus. De redditibus igitur uhe  
ris glebe tebes expectare tui mercedē laboris. De fer  
tilitate pinguis soli / iusta sperare cōpendia. Cur ad  
fraudem cōuertis nature indulgētā? Cur inuides uis  
ibus hominū publicos partus? Cur populis minus  
abundantiam? Cur affectas inopiā? Cur optari facis  
a pauperibus sterilitatem? Cum enim non sentiunt be  
neficia fecunditatis / te aucionante ⁊ precio condēte  
frumentum: optant potius nihil nasci / q̄ te de fame  
publica negociari. Ambis frumentorū indigentā. ali  
mentorū penuriā. uberis soli partus ingemiscis. fies  
publicā fertilitatem. Horrea frugū plena deploras.

Exploras quā sterilior prouentus sit. quādo exilior  
 partus. Votis tuis gaudes arrisisse maledictū / ut ni  
 bil cuiquē nasceret. Tūc messē tuā venisse letaris. tūc  
 tibi de oīz misera ogeris opes. Et hāc tu idustriā vo  
 cas? Hāc diligētiā nōinas / quā calliditatis versutia / quā  
 astuta fraudis est? Et hoc tu remediū vocas / quod ē  
 cōmentū nequitie? Latrocinīū hoc an fenus appellem?  
 Captant tanquē latrocinii tēpora / quibus in viscera  
 hoīm durus insidiator obrepas. Auget precīū tanquē  
 forte cumulati fenoris. quo periculum capitis acer  
 uatur. Tibi condite frugis multiplicatur vsura. Tu  
 frumentū quasi fenerator occultas. quasi venditor  
 auctonaris. Quid impcariis male dibus / quia maior  
 futura sit fames / quāsi nihil frugū superfit / quāsi infecun  
 dior annus sequat? Lucrū tuū damnū publicū ē. Jo  
 seph sanctus dibus aperuit horrea. nō clausit. nec pre  
 cia captauit annone. sed perenne subsidiū collocauit.  
 nihil sibi acquisiuit. sed quēadmodum fames etiā im  
 posterū vinceretur / prouida ordinatione disposuit.

Legisti quēadmodum hunc frumentarium precī  
 captatorem / exponat in euangelio dominus Iesus.  
 cuius possessio diuites fructus attulit. et ille quasi  
 egens dicebat. Quid faciam? Non habeo quo congre  
 gem. Destruam horrea. et maiora faciam. Cum scire  
 non posset / utrum sequenti nocte anima sua ab eo re  
 posceretur. Desciebat quid faceret / quasi ei alimenta  
 desissent. Herebat ambiguo. Non capiebant annonā  
 horrea. et ille se egere credebat. Recte igitur Salomon  
 Qui continet inquit frumentum / relinquet illud nati  
 onibus. quā auaricie emolumētum / ad successorū iura  
 non peruenit. Quod nō legitime acquiritur / quasi vē  
 tis quibusdam / ita extraneis diripientibz dissipat.

Et addidit. Captans annonā maledictus in plebe ē  
Benedictio autē ei qui participat. Vides ergo q̄ lar  
gitorem frumenti esse debeat. non precii captatorem.  
Non est igitur ista utilitas / in qua plus honestati  
dehabetur / q̄ utilitati adiungitur.

Capitulum tertium Quattuor habens partes.

**E**o q̄ illi qui peregrinos vrbe phibent / nequa q̄  
probādi sunt eos expellere / eo tempore quo debe  
rent iuuare. separare a cōmertis cōmunis parentis.  
fusos omnibus partus negare. inita iā consortia vi  
uendi auocare cum quibus fuerint cōmunia iura / cū  
his. nolle in tempore necessitatis subsidia partiri. Fe  
re non expellunt feras. q̄ homo excludit hominem? Fe  
re / ac bestie cōmunem putant omnibus victum / quē  
terra ministrat. Ille etiā conformem generis sui adiu  
uant. homo impugnat / qui nihil a se alienū debet cre  
dere / quicquid humani est.

Quanto ille rectius. qui cū iam prouecta p̄cessiss̄  
etate / q̄ famem toleraret ciuitas / atq; (vt in talibus  
solet) peterent vulgo / vt peregrini vrbe phiberent /  
p̄fecture urbane curā ceteris maiorē sustinens / cōuo  
cauit honoratos. q̄ locupletiores viros. poposcit vt ī  
mediū cōsulerent. dicens / tam inane esse peregrinos cū  
ci: q̄ hominem ab homine exui / qui cibum moriēti ne  
garet. Canes ante mēsam impastos esse non patimur  
q̄ homines excludim? Q̄ inutile quoq; tot populos  
mundo perire / quos dira cōficiēbat tabes. Quantos  
vrbi sue perire / qui solerent adiuuētō esse / vel in cōse  
rendis subsidiis / vel in celebrādis cōmertis. Nemi  
nē fame aliena iuuari. p̄trahere vt plurimū diē pos  
se. nō inopiā repellere. Immo tot cultoribus exticis  
tot agricolis occidentibus / occasura in perpetuum

subsidia frumētaria. Hos igit' excludim⁹ / qui victū  
 nobis inferre cōsuerunt. Hos nolim⁹ in tēpore neces  
 sitatis pascere / qui nos dī etate pauerūt. Quāta sunt  
 que ab ip̄is / nobis hoc ip̄o tempore ministrant? Nō  
 in solo pane viuit homo. Nostra illic familia. plerū  
 q̄ etiā nostri parentes sunt. Reddamus quod accepi  
 mus. sed veremur ne cumulem⁹ inopiā. Primum oim  
 misericordia nunq̄ destituit. s; adiuuat. Deinde sub  
 sidia anone. que his impartienda sunt / collatōe redi  
 mamus / reparemus auro. Nūquid his deficientibus /  
 nō alii nobis redimendi cultores vident? Quāto ut  
 lius est pascere / q̄ emere cultores? Vbi etiā repares?  
 Vbi etiā inuenias / quem reformes? Adde / si inuenias  
 quod ignarū ⁊ alienū vsus numero possis substituere  
 nō cultui. Suid plura? Collato auro / coacta frumēta  
 sunt. Ita nec abundantia vrbis minuit ⁊ peregrinis  
 alimoniam subministrat. Quante hoc cōmendatio  
 nis apud deū sanctissimo sen? Quāte apud homines  
 glorie? Hic magnus vere probatus. qui potuit impe  
 ratori dicere / demonstrās prouincie totius populos.  
 Hos tibi omnes reseruauī. Hi viuunt beneficio tui se  
 natus. Hos tua curia morti abstulit.

Quāto hoc vtilis / q̄ illud quod proxie rome factū  
 ē. eiectos ēē vrbe āplissima q̄ plurimā illic iā etatē trās  
 egerāt. flentes cū filiis abuisse. quib⁹ velut cū ciuib⁹  
 ad moliendū exiliū deplorarēt. interruptas cōpluriū  
 necessitudines. diruptas affinitates. Et certe arrise  
 rat āni fecunditas inuectio vrbis sola egebat frumē  
 to. totuisset iuuari si peterent ab Italis frumentum.  
 quorum filii expellebantur. Nihil hoc turpi⁹ / exclude  
 re quasi alienū / ⁊ exigere quasi suum. Suid illū eticis  
 qui de suo pascitur? Suid illuz eticis / qui te pascitur?

Seruum recines. trudi s parētem. frumentū suscipis .  
nec affectū impartis. victū extorq̄s nec repēdis grāz  
¶ Deforme hoc? ¶ Inutile? Sūo enim vtile p̄t esse /  
quod non decet. Quantis corporatorū subsidis / du  
dum roma fraudata est? ¶ Hocuit ⁊ illos non amitte  
re. ⁊ euadere famem / expectatis ventorum oportunitis  
flatibus ⁊ speratarum com meatu nauium.

¶ Vero illud superius honestum / atq; vtile? Guid  
enim tam decorum atq; honestum / q̄ collatione locu  
pletum iuuari egentes / ministrare victum esurientib; /  
nulli cibum defore? Guid tam vtile / q̄ cultores agro  
referuari: ⁊ non interire plebem rusticianorum? Quod  
honestum igitur / ⁊ vtile est. ⁊ quod vtile / honestum .  
Contra quod inutile / indecorum. Quod autem iteco  
rum / id etiam inutile.

Capitulum quartum Tres habens partes.

**Q**uando maiores nostri seruitio exire potuissent  
nisi hi non solū turpe / s; etiā inutile credidissent  
regi seruire egyptiorū? Jesh⁹ quoq; ⁊ Caleph missi ad  
explorandam terram / vberem quidem terram / sed a fe  
rocissimis inhabitari gentibus nunciauerunt. Terro  
re belli populus infractus recusabat terre eius posses  
sionē. Suadebant missi exploratores Jesh⁹ ⁊ Caleph  
terram esse vtilem / indecorum putabant cedere natio  
nibus. Lapidari potius eligebant ( quod mirabat⁹ po  
pulus ) q̄ decedere de honestate. Dissuadebant alii .  
Ishels reclamabat. dicēs. Aduersus diras ⁊ asperas  
gentes bellū fore. cadendū sibi in preliū. mulieres su  
as / ⁊ pueros direptioni futuros. Exarsit domini in  
dignatio / vt omnes vellet perdere. sed rogante Moy  
se / temperauit sententiam . ultionem distulit . Satis  
esse perfidis supplicii indicans / nisi parceret interim /

nec percuteret incredulos / ad eā tñ terrā quā recufauē  
 rāt / ppter incredulitatis sue precū nō peruenirēt. s; p  
 ueri ⁊ mulieres qui nō immurmurauerāt / vel sexu  
 vel etate veniabiles / caperēt ei⁹ terre pmissaz heredi  
 tatē. Deniq; q̄cunq; erāt a vicesimo āno ⁊ supra i de  
 fertō eoz mēbra ceciderūt. sed alioz dilata pena ē. q̄  
 autē ascenderūt cū Jesu / ⁊ dissuadendū putauerūt / pla  
 ga magna statim mortui sunt. Jesu vero ⁊ Caleph cū  
 innoxia etate vel sexu / in terrā pmissōis intrauerūt  
 ⁊ Barsigit̄ melior / gloriā p̄tulit saluti. deterior salutē  
 honestati. Diuina autē sentētia eos pbauit qui hone  
 sta vtilibus prestare arbitrabant. Eos vero damna  
 uit apud quos ea que videbantur saluti potius q̄ ho  
 nestati accōmoda preponderabant.

Nihil ita deformi⁹ / q̄ nullū habere amorē honesta  
 tis. ⁊ vsu quodā degeneris mercature / q̄stu sollicitari  
 ignobili. auaro estuare corde. dieb; ac noctibus hya  
 re in alieni detrimēta patrimonii. nō eleuare animum  
 ad honestatis nitore. nō cōsiderare vere laudis pul  
 chritudinē. hinc nascit̄ aucupiū quesite hereditatis  
 cōtinentie atq; grauitatis simulatiōe captate. Quod  
 abhorret a pposito christiani viri. Omne enī quod  
 arte elicitū / ⁊ fraude cōpositū ē / caret merito simplici  
 tatis. In ipis qui nullū ecclesiastici ordinis officii⁹  
 receperint / incōgrua iudicat̄ affectate ambitio heredi  
 tatis. Sine in supremo fine positos / suū habere iudī  
 cū. vt libere testentur quod sentiunt / qui postea non  
 sunt emēdaturi. cū honestū nō sit cōpetētia opendia  
 alius vel debita vel parata auertere. cū vel sacerdotis  
 vel ministri sit / proesse si fieri p̄t ōnib;. obesse nemi  
 ni. Deniq; si non p̄t alteri subuenire / nisi alter ledat /  
 commodius est / neutrum iuuari / q̄ grauari alterum.

¶ Hocq; in causis pecuniariis interuenire/non ē sacer  
dotis. in quib; non p̄t fieri / quin frequēter ledat al  
ter qui vincit qm̄ intercessoris beneficio/se victū ar  
bitrat. Sacerdotis ē igit̄ nulli nocere. prodesse velle  
ōib;. posse aut̄ solū est dei. Nā in cā capitis/nocere ei  
quē iuuare debeas periclitātem/nō sine peccato ē gra  
ui. In cā aut̄ pecunie/odia q̄rere/insipiēte ē. cū p̄ sa  
lute hominis graues frequenter fiāt molestie. in quo  
etiā periclitari gloriosum sit. ¶ Proposita igit̄ forma  
in sacerdotis officio teneat / vt nulli noceat. nec lace  
sus quidē ⁊ aliqua iniuria offensus. Bonus ē enim  
vir qui dixit. Si reddidi retribuētibus mihi mala.  
Sue enim est gloria/si eum non ledimus/qui nos nō  
leserit. Sed illa virtus est/si lesus remittas. ¶ Q̄ hōie  
sum/cp̄ David cui; potuisset regio inimico nocere: ma  
luit parcere. ¶ Q̄ etiā vtilē/qui successori hoc profuit/  
vt discerent omnes fidem regi seruare proprio / nec  
vsurpare imperiū/sed vereri. ¶ Itaq; ⁊ honestas utili  
tati prelata est/ ⁊ vtilitas honestatē secuta ē. ¶ Harum  
est q; pepercit. Adidit q; etiā in bello voluit occisum  
⁊ flebiliter deplorauit dicens. Adōtes qui estis in gel  
boe/neq; ros/neq; pluuia cadat super vos. Adōtes  
mortis. qm̄ ibi sublata est protectio potentū. prote  
ctio Saul. quasi nō est vnct; oleo. A sanguine vul  
neratorū/ ⁊ ex adipe belligerantium/sagitta Jonathe  
nō est reuersa retro. ⁊ gladius Saul nō est reuersus  
vacuus. Saul ⁊ Jonathas speciosi. ⁊ carissimi insepa  
rabiles in vita sua. ⁊ in morte nō sunt separati. Su  
per aquilas velociores. super leones potētiores. filie  
Israhel plorate super Saul. q̄ vestiebat vos vestimē  
ta coccinea cū ornāmēto vr̄o. q̄ iponebat aurū super  
vestimēta vr̄a. Sūo ceciderūt potētes i media pugna.

Jonathas in morte vulneratus est. Doleo in te frater Jonatha. speciosus mihi valde. ceciderat amor tuus in me/sicut amor mulierū. Sūto ceciderunt potētes ⁊ perierunt arma cōcupiscenda? Sue mater sic vnicū defleret filiū/quēadmodū hic defleuit inimicū? Suis gratie autorē/rātis psequeret laudibus/quātis iste persecutus est insidiatorē capitis sui? Quē pie doluit. Quāto igemuit affectu? Aruerūt mōres pphético male dicto. ⁊ diuina vis sentētiā maledicētis impleuit. Ita q̄ p regio necis spectaculo/penā elementa soluerūt.

Guidō vero sancto Nabuthe? Sue fuit causa mortis/nisi honestatis cōtemplatio? Nā cū ab eo vineaz Rex posceret pecuniam daturū se pollicens/in decorū precium pro paterna recusauit hereditate. maluitq̄ morte declinare huiusmodi turpitudinem. Non mihi (inquit) faciat dñs / vt dem tibi hereditatem patrū meorum. hoc est. tm̄ mihi obprobrium non fiat. Non permittat deus tm̄ extorqueri flagitiū. Non utiq̄ de vitibus dicit ( neq̄ enim de vitibus cura ē deo) neq̄ de terreno spatio / s; de iure loquit patrū. Potuit utiq̄ alterā vineā/de vineis regis accipere/ ⁊ amicus eē in quo non mediocris seculi huius utilitas estimari solet. sed quod turpe erat/iudicauit non fieri / vel videri vtile. Adaluitq̄ periculum cum honestate subire/q̄ utilitatatem cum obprobrio. Vulgarem utilitatem loquor. non illaz/in qua etiam honestatis gratia est. Deniq̄ ⁊ ipse Rex potuit extorquere. sed impudens arbitrabatur. sed occisum doluit. Dominus quoq̄ mulieris immanitatem / que honestatis immemor turpe ante tulit lucrum/ congruo supplicio plecendam annunciauit.

Capitulum quintum Quattuor habens partes.

**U**rpis itaq; omnis est fraus. Deniq; etiã in rebus vilib; execrabilis ẽ statere fallacia. ⁊ fraudulenta mensura. Si in foro rerũ venaliũ in vsu comertiorum fraus plectit̃ / potest ne irreprensibilis vt veri inter officia virtutũ? Clamat Salomon. Idõus magnũ ⁊ exigũ / ⁊ mesure duplices / immunda sunt corã dño. Supra quoq; ait. Statera adultera abhominatio est dño. pondus autẽ equũ acceptabile ẽ illi. In õibus igit̃ decora est fides. iusticia grata. mēsurã equitatis iocunda. Quid autẽ loquar de Contractib; ceteris / ac maxime de coemptione prediorũ. vel transactionibus atq; factis? Nonne honestatis formule sunt / dolum malum abesse / eumq; cuius doli fuerit prehensus / duplici pene obnoxium fore? Vbiq; igit̃ honestatis preponderat consideratio. que dolum excludit. fraudem eicit. Unde recte generalem Dauid promisit sententiã. dicens. Hec fecit proximo suo malum. Non solum itaq; in contractibus ( in quib; etiam vitia eorũ que veniunt prodi iubent̃ / ac nisi intimauerit venditor / quũ in ius emptoris transferit doli actione vacuantur ) sed etiam generaliter in omnibus dolum abesse debet. aperienda simplicitas intimanda veritas est.

Veterem autẽ istã de dolo / nõ iurisperitoꝝ formulã s; patriarchaz sententiã / scriptura diuina euõcter ostẽdit in libro testamēti veteris. q̃ Ies; nãue iscribit̃. Naz cũ exisset fama per populos / siccatũ eẽ mare in hebreoz trãsitũ / fluxisse aquã de petra / de celo diurnã ministrari alimonã tot populi milibus abũdantẽ corruisse muros Jerico / sacro tubarum sono ictos et ululatu plebis arietatos. gerbeorum quoq; regem vinctum ⁊ suspensum in ligno vsq; ad vesperam. |

gabaonite metuentes validā manū / venerūt cū versu  
 tia simulātes se de terra longinqua esse . diu peregrī  
 natos dirupisse calciāmēta . detriuisse amictus vestiū  
 quarū veterescentiū indicia mōstrarent . Causam autē  
 tāti laboris / emerende pacis / 7 ineunde cū Hebreis eē  
 amicitie cupiditatem . Et ceperūt ab Jesu naue posce  
 re / vt secū firmaret societate . Et quia adhuc erat ig  
 narū locoz / atq; incolaz insci9 / nō cognouit fraudes  
 eoz . neq; deū interrogauit . sed cito credidit . Ad deo san  
 cta erat illis temporib9 fides eoz / vt fallere aliquos  
 posse / non crederet . Suis hoc reprehendat in sanctis /  
 qui ceteros de suo affectu estimant . Et quia ip̄is ami  
 ca est veritas / mentiri neminē putant . fallere quid sit  
 ignorāt . Libēter credūt quod ip̄i sunt nec possunt sus  
 pectū habere / quod nō sunt . Hinc Salomō ait . Inno  
 cens credit omni verbo . Non vituperanda facilitas  
 sed laudanda bonitas . Hoc est innocentē esse / ignora  
 re quod noceat . Et si circumscribit ab aliquo / de om  
 nibus tñ bene iudicat / qui fidem esse in omnib9 esti  
 mat . Hac igitur mentis sue deuotione inclinatus vt  
 crederet / testamentū disposuit . pacem dedit . cōfirma  
 uit societate . Sed vbi in terras eorū ventū ē / deprehē  
 sa fraude / q̄ cū essent finitimi / aduenas se esse simula  
 uerunt / circūscriptum sese popul9 patrū indignari ce  
 pit . Jesus tñ pacem quā dederat / reuocandā nō censu  
 it . quia firmata erat sacramēti religiōe . ne dū alienā  
 perfidiā arguit / suā fidem solueret . Adulctant eos tñ  
 vtilioris obsequio ministerii clementior sententia . sed  
 diuturnior . Adanet enī officii pena veteris astutie /  
 hereditario in hunc diem ministerio deputata .

Non ergo in hereditatibus aduendis / digitoz per  
 cussiones / 7 nudi successoris salutationes / notabo .

nam hec etiā vulgo notabilia. nō simulate piscatiōis  
cōpositas copias / vt emptoris illiceret affectus. Cur  
enī tam studiosus luxurie ac deliciaz repertus ē / vt hō  
modi fraudē pateret? Suid mibi tractare de Syracu  
sano illo ameno secretoq; secessu / 7 de siculi hōis calli  
ditate? Sui cū peregrinū aliquē repperisset / cognito  
q; cupidus esset oratorū venaliū / ad cenā in ortos ro  
gavit. Promisit inuitatus. postmodum. Veniens / osten  
dit illic magnā piscatorū multitudinē / exquisitis co  
piis adornatū diuiniū. in prospectu cenantiū ante or  
tulos cōpositos piscatores / vbi nūq; ante iacebāt rhe  
tia. vnusquisq; quod ceperat / certatim offerebat epu  
lantibus. supra mēsam pisces ingerebant. oculos recū  
bentiū resiliētes verberabāt. Adirari cepit hospes tā  
tā copiā pisciū. tātarūq; numerū cymbaz. Rūsum q̄  
renti / aquationē illic esse. dulcis aque grā / innumera  
biles eo pisces cōuenire. Suid multa? Hellexit hospi  
tē / vt sibi extorqueret ortos. vendere volēs cogit. p̄  
cū grauatus suscipit. Sequēti die ad ortos emptor  
cū amicis venit. Nauigium nullū inuenit. Percunctā  
ti / num aliqua piscatoribus eo esset die feriarū solle  
nitas / respondet. nulla. nec vnq; illic preter besternū  
piscari solitos. Quā hic redarguēdi habet autoritatē  
doli / qui tam turpe captarit aucupiū deliciaz? Sui  
enī alterū peccati arguit / ipse debet a peccato alienus  
esse. Nō ergo huiusmodi nugas / ego in hāc ecclesiasti  
ce censionis autoritatē vocabo / q̄ generaliter cōdem  
nat omnē lucri turpis arpetentiā. breuiq; sermonis  
cōpendio / excludit lenitatem ac versutiā. Jam de eo  
quid loquar / qui de eo testamento quod ab aliis licet  
factum / falsum tamen cognouerit / hereditatem sibi  
aut legatum vendicet / 7 lucrū querat alieno criminel

cū etiā leges publice/enī qui sciēs falso vtit' / tāq̄ reū  
 Regula aut iusticie mani (facinoris astringatē  
 festa ē. q̄ a vero declinare virū nō decet bonum. nec  
 dāno iniusto affligere quēq̄. nec doli aliquid ānectere  
 fraudisue oponere. Suid euidētis eo/q̄ Ananias q̄a  
 fraudauit de p̄cio agri sui quē ip̄e vendiderat/7 por  
 tionē p̄cii tanq̄ summe totis numerū ante pedes apo  
 stolorū posuit/sicut reus fraudis interit? Licuit vti  
 q̄ illi nihil afferre. 7 hoc sine fraude fecisset. Sed quia  
 fraudē amisit/nō liberalitatis grām reportauit/sz  
 Fallacie penā exsoluit. Et dñs in euāgelio/cū dolo ex  
 cedētes repudiabat dicēs. Vulpes foueas habēt. qm̄  
